Ad 3m ¶ Ad tertium p̄ncipale negat̄ assumptū. nā ḃm mētē Ga.
consuetudo q̄ acquirit̄ ex cibi assumptōe est p acqsitionem
compl̄onis ꝓpoꝛtionalis cibo. pariter igit̄ ex somno acq/
ritur. aut repletio aut cōpositio regrēs vt doꝛmiat̄ ꝛ meri/
to h⁹ dimisso somno magis leduntur. ꝛ ita foꝛnatiarij ꝛ vi
triarij ex ꝯsuetudine stādi circa foꝛnacē nō remanēt ita ple
ni roꝛido humido apto bulire p igne. ¶ Si qs igit̄ diligē/
ter consideret inueniet assumptū falsum. attento ēt ꝙ nō so
lū p ꝯpl̄onē sequētē foꝛmā sumus apti operari. sed p ise q̄n
tem mām: ꝙ aūt in talibus operib⁹ pmutet̄ compl̄o: meri
to cuius pmutatiōis hec coꝛpa facilius ꝯsueta patiant̄. pȝ
ex mente Gal. in lib. quē fecit de vi assuefactionis. c. 2° 3° ꝛ
4° vnde cap. 2°. postq̄ȝ dixit ꝙ qdam p̄ indelectabil̄r ꝛ gra
uati comedūt quosdā cibos: ꝛ cū paulatim sunt assuefacti
comedunt delectabiliter ꝛ sine grauitate. dat cām dicens.
Cā aūt istoꝛuȝ ē talis: qm̄ alterat̄ ḃm qualitatē istoꝝ come
stoꝝ ꝛ bibitoꝝ singulū ita vt disponit̄ aliqualiter id qd̄ al
terat̄. ꝛ in cap. 3. densitatem acqsitam coꝛpoꝛi exposito ca/
loꝛi ꝛ frigoꝛi. ponit cām quare assueti istis expositionibus
facilius tolerant q̄ȝ insueti: qm̄ durum difficiliter patitur a
qualibet extrinseca cā. ꝛ in 4° capi. vult partes exercitatas
fieri solidioꝛes ꝛ foꝛtioꝛes. ꝛ ideo facilius operari ꝛ minus
ledi. ꝛ hoc de primo articulo.

Scd̄s articul⁹ p̄ma ꝯ̈ **Secundus** articulus ponit hāc p̄mā ꝯ̈nē. tā tēpe/
rate res nō nāles q̄ȝ alique distempate
ꝯsuete minus molestāt assuefactū q̄ȝ eedē non ꝯsuete alijs
parib⁹. ꝯ̈ manifesta est p expientiā quā nō tm̄ hyp. Ga. era
sistratus. sȝ ēt rōnales hoies cognoscūt: vt sumit̄ a Gal̄. p̄
cap. de vi assuefactionis: vbi sic ad l̄ram dixit post multas
auctoꝛitates allegatas. hic getē gloꝛiosissimus medicoꝛuȝ
Erasistratus ꝛ hyp. dixerūt de virtute assuefactionū nō rō
ni inuētionē eoꝝ attribuentes: sed ex apparētib⁹ ducti: quē
admodū qppe ꝛ alios hoies quicūqȝ nō quēadmodū sues
vel asini viuūt̄ sed assequunt̄ a qb⁹ iuuant̄ ꝛ ledāt̄. lȝ audi
re q̄tidie dicētes assuetos eē circa hūc cibū ꝛ hūc potū: pp
hoc non posse relinquere eos ꝛ. n. leduntur ḃm transitus.
Sil̄r aūt ꝛ de adinuentionib⁹ Aui. puta i balneatione. bal
neis equitatione venatione cursu lucta vigilijs solarib⁹ sta
tionib⁹ inflāmationib⁹ sollicitudinib⁹ ꝛ qbuscūqȝ alijs hꝯ.
2ª ꝯ̈ hec Gal̄. ¶ Scd̄a ꝯ̈. In omni genere reꝝ nō nāliuȝ ꝯuenit
per assuefactionē res priꝰ magis molestātes fieri ꝯsueto
minus molestas. h̄ conclusio pȝ ex Gal. in libꝛo allegato. ꝛ
ex auctoꝛitate statim scripta concipi pōt ēt ex cōmento isti
us aphoꝛismi in p̄n°. nam etiam in aere in cibo ꝛ in laboꝛe
in vigilia sollicitudine ꝛ euōnibus siue repletionibus vide
3ª ꝯ̈ tur Gal̄. illud innuere. ¶ Tertia ꝯ̈. ꝛ si aliqua ꝯsueta mi/
nus sint molesta: qꝛ minus sufficiunt alterare coꝛpa eisdem
assuefacta: multa tn̄ minus ꝯsueta ideo minus molestāt

qꝛ ꝛ si equaliter alterant minus tn̄ ledunt: q̄daȝ vtroqȝ mo
do: qꝛ ꝛ si minus alterāt minus ledūt. conclusio quo ad p̄/
mam ptē pȝ de exercitio: minus. n. dissoluit ꝛ alterat assue
factos. scd̄a ps pȝ de assuefactis aeri estiuo: qꝛ pp illud sunt
durioꝛis ꝛ dēsioꝛis cutis ꝛ carnis ꝛ minus calefacti vel in
fridati ledunt̄. vt pȝ ex ga. c. 3° li. de assuefactōe cū dixit cir
ca finē. imo vtrūqȝ in istis iuenit̄: ꝛ qꝛ min⁹ alterant̄: ꝛ eq̄/
les alteratiōes minus ledunt. vt sumit̄ ibi: ita Gal̄. dicēte.
Rarum. n. ꝛ molle coꝛpus facile patitur calefcm̄ ꝛ infrida
tum. densum qdem ꝛ durum tollerat pariter ꝛ spernit ab/
oꝛsum ꝛ oia icēdia icidētia oia nō solū si calefaciāt vel ifri
dant. sed ēt si duruȝ fuerit qd̄ ꝛ aspeꝝ: quo circa ꝛ imas ac
cubatiōes tollerat ecōtrario dispositas nō tollerātib⁹ eas: ꝛ
ꝛ. n. facile cōpꝛimunt̄: ꝛ infridant̄ ꝛ omne qd̄cūqȝ paritatē
patiunt̄. h̄ Gal̄. ¶ Ex hoc seqtur ꝙ lȝ sub aliqua cā puta
coꝛpoꝛi ꝯsueta ipm coꝛpus magis incōsueto alteret̄: stat tn̄
ab eadē ipm minus molestari. pȝ conclusio: qꝛ ex scd̄a pte
precedētis. nam ꝛ si ꝯsueta q̄ȝuis equaliter alterant minus
ledunt. ergo stabit ēt aliquātulū magis alterare ꝛ minus
ledere. ꝯn̄a pȝ intelligenti. ¶ Ex hoc coꝛrelario infert Jac.
de foꝛliuio quatuoꝛ coꝛrelaria. p̄m: qd̄ ego puto veꝝ: ē hoc. cōc
per solam coꝛpoꝛis assuefactionē ad ꝯ̈riam pōt eius sanita
tis latitudo augeri. i. pōt fieri ꝙ idem coꝛpus maioꝛem tol
lerat ꝛ versus calidum ꝛ frigidum alterationem absqȝ exi
tu a latitudine sue sanitatis q̄ȝ ante assuefactionem. pȝ coꝛ
relarium: qui merito consuetudinis stat minus ex tali ope
ratione ledi. ¶ Scd̄m coꝛrelarium est. stat in aliquo casu
ꝙ soꝛtes ꝛ plato sint equaliter temperati omnino ꝛ ꝯtinue
versus extremū idē tēperātie eque velociter ꝛ eq̄liter alte/
rabunt̄ donec egrotent. ꝛ tn̄ citius fiet soꝛ. eger vel neuter
nūc q̄ȝ plato. ¶ Coꝛrelariū arguit̄ seq vbi duoꝝ tēperato
rū vnus sit assuefactus caloꝛi ꝛ frigoꝛi ꝛ alter nō. ¶ Ter/
tiū coꝛrelariū nō oēs hoies eiusdē compl̄onis habent sue
sanitatis equalē latitudinem. pȝ ex precedenti. ¶ Quartū
coꝛrelariū est hoc. soꝛ. ꝛ plato sunt oio equaliter tempati ꝛ
oio a sua preternāli tempantia equaliter recedūt p caloꝛis
excessum. ꝛ soꝛ. calefit in 3°. ꝛ plato nō. qꝛ p aliquam eq̄le
calitatem soꝛ. nō assuefactus ledet̄ sensibil̄r: ꝛ p cuius eq̄lem
plato assuefactus non ledetur sensibiliter.
¶ Mihi tamen vr̄ hec tria coꝛrelaria ad eius sensuȝ intelle
cta non esse vera. nam dispositio que acquiritur ex assuefa 5ª cōcl
ctione exponendo se calefacientibus aut infrigidātib⁹ aut
alio modo māliter impꝛimentibus vel alterantibus est di
spō que acqritur non ex opere virtutis aialis. ergo ḃm p/
bata in articulo p̄ est eiusdem spēi cum dispōnibus q̄ nāli/
ter acqrunt̄. ꝛ per ꝯn̄s erit dispō compōnalis: aut ꝯpl̄ona
lis: aut vnitatis. ꝛ iō assuefactus qui in p̄n° non erat oio da
to non assuefacto sil̄s alijs paribus: nunc est mō eiusdem
cōpl̄onis cum illo alio. Q. si ponat̄ ꝙ iste q mō est assuefa
ctus caloꝛe ꝛ frigoꝛe sit oino sil̄r temperatus sicut nunc est
ille assuefactus: tunc opȝ ꝙ non assuefactus per nām non
per consuetudinem habeat illas ꝯpl̄onales dispōnes ꝛ cō 7ª cōcl
pōnales: quas hȝ vel eis sil̄es assuefactus ex consuetudine
ꝛ si primo modo intelligat̄ casus in ꝓbatione coꝛrelarij: ꝙ
non seqtur: qꝛ illi duo non sunt similiter temperati oio. nec
omnino similium complexionum. Si vero secundo modo
intelligatur casus constat ꝙ non est verum ꝙ vnus citius
fiat neuter vel eger nunc q̄ȝ reliquum. nec est veruȝ ꝙ non
habuit sue sanitatis equalem latitudinem nec est verum in
quarto coꝛrelario ꝙ vnus illoꝛum calefit in tertio. alter ve
ro non. credo aūt verum esse ꝙ duoꝛum coꝛpoꝛum eiusdē
etatis eque calidoꝝ cum sint in medio ꝓpꝛij temperamēti
stat vnū posse magis calefieri reliquo vtrisqȝ in latitudine
ꝓpꝛij tempamenti remanentibus. ꝛ sic ꝙ duoꝝ taliū non
sunt equales latitudines sanitatis: ꝛ pariter ꝙ p eq̄lē ꝛ eq̄
velocē calefactionē vnum calefiet in 3° reliquū v̄o nō: sed
illa duo nō sunt oio eq̄liter tēpata. ¶ Quarta ꝯcl̄o. possi/ 4
bile

bile est dispōnē venenosaz ex ɔsuetudine nō venenosam fieri. Istud patet de puella nutrita napello. sexta q̄rti. ⁊ de muliere assuefacta iusgamo. q̄nto de simplici medicina. ex h̄ sequit̄ ꝙ nō repugnat ꝑ paulatinā assuefactionē aliquā dispositionē istic subito acq̄sitam mortiferā fieri stāte cum latitudine sanitatis: vt pꝫ de tali ꝓprietate ita venenosa. nā puella illa intātū fuit venenosa vt cū ea coeuntes interficerent: ⁊ nō approximaret ei gallina. ℭ Ex his duob⁹ inferūt aliq ꝙ ꝑ paulatinā assuefactionē corp⁹ tēꝑatum posset calefieri vsq₃ ad quartū gradū eo stāte in latitudie sanitatis: q₂ non plus repugnat sanitati ⁊ vite hūane. cōplexio calida i quarto q̄₃ dispositio venenosa. igit̄ si hec secūda ꝑ assuefactionez posset fieri stans cum latitudine sanitatis sequitur ꝙ pariter illa cōplexio. ℭ Ego autē puto correlariū non sequi ex cōclusione nam licet ꝓprietas occulta venenosa que maiori parti hominum stat cum latitudine sanitatis: tamē nec proprietas non necessario remouet mēsuram primarū qualitatum conuenientiū humane speciei. sed caliditas quarti gradus excludit ex toto mēsuram qualitatum primarū necessaria pro salute vel vita humana.

cōcl'o ℭ Quinta cōcl'o. Nō quarūlibet rerū nālium frequens vsus reddit corpa cōsueta ad illarū occursuꝫ facilius ⁊ cū minori nocumēto toleranduꝫ. primo patet. vbi frequēs vsus eēt in repente: aut multum euacuando: aut implēdo aut aliter alterando. 2° patet. vbi iste frequens vsus esset ad res de se multum nociuas ⁊ multū virtutis ꝓstratiuas: ⁊ hoc idē pꝫ ex Gal'. in lib. de assuefactiōe. cap̄. 4° in fine. Gal'. sic dicētis. Exerceri q̄dē vnūquēq₃ exposuim⁹: nō vtiq₃ sine terminis ⁊ mensuris cōgruis amplius intēdentē exercitia vt dissoluat̄ virtus. Ita aūt ⁊ cibis ⁊ potibus vigilijs ⁊ venereis: ēt congrua mēsura vti: neq₃ minuētis q̄dē neq₃ addētis fieri excellentie q̄ dissoluunt virtutes: defect⁹ vero ꝓhibent tantum a ꝑfecta vtilitate. Ex his formet̄ rō hoc modo. ex illi⁹ exercitij frequēti vsu non reddit̄ corpus preꝑatū ad facilius tolerandū occursum fortis exercitij quo virtus dissoluitur: sꝫ ex vsu nimij exercitij corp⁹ dissoluit̄. ergo ex eius frequenti vsu non reddit̄ corp⁹ paratū ad eius ipressionē facili⁹ tolerandaꝫ. Maior est clara: ⁊ minor colligit̄ ex hoc textu Gal'. ℭ Ex quo sequit̄ ꝙ aphorism⁹ non est vl'r itelligēdus. ⁊ iō dixit Hypo. consueuerūt: ꝑ q̄ v̄bū denotat veritatem vt in

cōcl'o pluribus. ℭ Sexta cōcl'o. oēs res nō nāles nō multum a tēperamēto recedētes possunt per paulatinā assuefactionem ad earum vsuꝫ fieri minus nociue q̄₃ essent si sine cōsuetudine occurrerēt. h̄ fit ꝓ mēte. Gal. in cōmento cum dixit se de omni cōsuetudine esse dicturū. s. ſm genera rerum non nālium. ⁊ hoc voluit in auctoritate superius posita ex Gal. cap̄. primo de vi assuefactionis. ℭ Nota tamē modernos doctores fere oēs velle ꝙ ex frequenti occursu ad q̄₃cūq₃ rem acquirit̄ ꝓprietas occulta: merito cuius corpus facilius tolerat hui⁹ rei occursum: q̄₃ si nō fuisset consueta. Sed ego nō video hanc fuisse Gal'. mentem. ⁊ ideo hūc aliū modum te-

cōcl'o nui. ℭ Septima cōcl'o. nō solum ad rerū nō nālium occursum facilius tolerandi corpus ex frequenti occursu disponitur sed reꝝ medicinalium. Nam ex vsu taliū per interi⁹ corpus acq̄rit vel modū substantie vel mixtiōis ⁊ ɔpl'onē: merito cui⁹ in illam facilius agit tāq̄₃ cibū eam transmutādo: vt patet in medicinalibus cibis. ideo minus ab istis transmutant̄ tanq̄₃ a medicinis: ⁊ ob hanc cām in longis morbis medicinas transmutam⁹: ⁊ nō sup̄ vna stat̄: vt superi⁹ in argumentis parum tactum est. Ex istis diligens intellect⁹ soluet argumēta facta ante oppositū que ego vt animus exerceatur insoluta dimitto. q̄re ⁊c̄.

ℭ Apho. LI.

Secundum multum ⁊ repente euacuare: aut replere aut calefacere: aut infrigidare: aut aliter quomodolibet corp⁹ mouere fallax ē: ⁊ omnino nature inimicum. Paulatim vero certum. Et ex alio ad aliud transire decet: non aliter.

ℭ Nimis repenteq₃ euacuare implere calefacere: refrigerare: quouealio modo corpus mouere: tutum nō est. Atq₃ nimium omne inimicum nāe est. Contra paulatim lenteq₃ agere tutū est. Deniq₃ de alio transire in aliud prestat. Theo.

ℭ Plurimum: atq₃ repente euacuare: vel replere vl' calefacere: vl' refrigerare: siue quouis alio modo corpus mouere: periculosum: quoniam omne nimis est nature inimicū. Sed quod paulatim fit: tutum est: tum alias: tum cum ab altero ad alterum transitus fit. Leonis.

ℭ In isto apho. Hypo. itēdit tres ɔ̄nes. 2ª ibi. (Paulatiꝫ v̄o.) 3ª ibi. (Et ex alio.) Prima est. medic⁹ nō debꝫ eūare aut replere corpus aut calefacere aut infrigidare: aut quomodolibet aliter multū mouere. ⁊ repēte. i. subito. ꝓbat̄. medic⁹ nō debet illud facere q̄ est fallax ⁊ nāe inimicū vel ꝓstratiuum. sed ita eūare vel mouere vt predicit̄ ē fallax: ⁊ nāe inimicū. ergo ⁊c̄. ɔ̄ña clara est. ⁊ minor ponit̄ i lr̄a. ℭ Nota ꝑ° Nō p° ꝙ cū sanitas cōsistat in tēꝑamēto mēbroꝝ ⁊ spūuꝫ ⁊ hūoꝝ ⁊ nō sit possibile ml'tū ⁊ subito: aut calefacere vl' repler̄ sine motu forti alicui⁹ illoꝝ a temperamēto. iō tales mutatiōes semꝑ sunt cū notabili nocumento: vñ nūq̄₃ fit subito multa eūatio cuiuscūq₃ rei quin inde cōiter multa spirituū resolutio cōcomitetur: ⁊ illoꝝ recessus a tēperamēto: nūq̄₃ aūt fit multa ⁊ subita repletio q̄n multū sit de sup̄fluo: ⁊ ideo virt⁹ aggrauat̄ ꝑ recessū a mediocritate i hūoribus: aut sup̄fluitatib⁹. Si aūt corpus sit vehemēter calidū: ⁊ subito multū infridet̄. multo magis infrigidant̄ spūs q̄₃ opꝫ cū sint passibiliores. Si v̄o sit frigidū ⁊ calefiat multū ⁊ subito multū dissoluunt̄ spūs ⁊ calefiunt: ⁊ iō a tēperamēto recedūt. Nō videt̄ igit̄ possibile aliquā talē trāsmutationē subitā circa corpus hūanuꝫ facere sine notabili nocumēto: ⁊ hoc est fallax ⁊ nāe inimicū. ℭ Nota scd̄o ꝙ mutationū q̄daꝫ est regularis ⁊ quedā inregularis. mō Hypo. intelligit hic nō regulariter oꝑando eūare multū ⁊ repente: sed inregulariter ꝓpt̄ 2° euitare maius incōueniēs fiunt qñq₃ a medico tales mutatiōes ⁊ rationabiliter. q₂ eligit hoc malū ꝓpter maius euitandū: vt i Synoca flobotomat vsq₃ ad sincopim: vel i causone. ⁊ in synoca dat qñq₃ de aqua frigida in potu vsq₃ ad tremorē. ⁊ qñq₃ infundit corp⁹ tandē in aqua frigida. Conclusio ergo posita intelligit̄ regulariter oꝑando. Ex q̄b⁹ apparet ꝙ in corpore iculpate sano: nulla talis mutatio ē faciēda: lꝫ aliq̄n in sano lapso valde repleto. ⁊ rō: q₂ in illo nō est dispō de sui remotiōe tā fortiter indicās: vt inde sit recipiendū nocumētū subite trāsmutatiōis. ℭ Tertio nō̄ ꝙ rōnabi 3° liter dicit̄ repente: q₂ bñ pōt regulariter aliq̄ corpus multuꝫ repleri ⁊ multū calefieri ⁊ multū ifrigidari ⁊ multū euaeuari sine notabili nocumēto vbi fiat paulatine. q₂ vt pꝫ intelligēti nō oꝫ inde sequi nocumēta vt sup̄ dixi si subito fiat.

ℭ Paulatim v̄o. Ponit scd̄am ɔ̄nem. certū ē medicum qñq₃ regulariter oꝑādo debere eūare: aut aliter mouere corp⁹ paulatim. ꝓbat̄. quia qñq₃ corpus ē mouendū: qñq₃ replendū: qñq₃ euacuandū vt melioret̄ sanitas vel vt ꝓhibeat̄ futur⁹ morb⁹ vel vt presens remoueat̄: sed nō ē hoc regulariter faciendū subito. ergo paulatim. totum patet.

ℭ Et ex alio ad. Tertia ɔ̄. non licet medicū aliter q̄₃ paulatine mouere aut alterare aut eūare vel replere: vt de vna dispōne corpus in aliaꝫ deducat: ⁊ hoc regulariter: hoc patet ex duabus conclusionibus precedentibus. huic totali sententie similis colligitur tertia primi. cap̄l'o de succurren-

do accidentibus que pronosticantur egritudines.

¶ Commenti Galieni expositio.

Hic hyp. innuit nobis. Gal. h tria facit: primo declarat primã cõclõnẽ. scdo scdaz ibi. (Que āt.) tertio tertiã. ibi. (In alio apho.) dicit prio hypo. inuere ⁊ suppõere tacite q oia que sunt preter nām sunt molesta eo q sanitas ꝯsistit i temꝑamento. ⁊ ideo oia ducēda ad vtilitatē in alterādo: vel mouendo: aut replendo vel euacuādo: quia que tēperamē tū corrumpunt sūt molesta: ⁊ regulariter nō administrāda.

A ¶ De scda dicit q illa que fiūt paulatim. aut replēdo aut euacuando: aut alijs permutatiōibus sunt bona ⁊ secura ⁊ nō multum a temperamento ꝑmutāt: ⁊ sunt magis cõsueta. i. cõsuetis vicina. ¶ De tertia dicit q in alio apho. dixit q oz ad incõsueta se trāsducere. ⁊ illo mō intelligitur cõclusio tertia apho. pñtis. puta q de alio in aliud dz trāsduci corpus paulatine: ⁊ non aliter. ¶ Aphorismus. LII.

Omnia scdm rationem facienti ⁊ non euenienti ꝑm rationem: non transire ad aliud manente eo quod visum est a principio.

Theo. ¶ Si cum omnia ratione feceris: non id prouenit quod ratio postulat: noli in aliud transire dū maneat quod principio visum est.

Leoni. ¶ Omnia ꝑm rationem facienti: si non succedat ꝑm rationem: non est transeundu3 ad aliud: state eo quod a principio visum est.

¶ In isto apho. vult hypo. istã cõclusionem medicū faciētez oia scdm rõnem non oportet stati3 trāsire ad alia medicinalia: l3 nō eueniat illud ta3 cito qd sꝑabatur rõnabilr debere euenire: dūmodo maneant eadē illa que visa sunt a principio. ꝯclo ꝓbatur. medico hoc mō trāseūte impeditur actio nature ꝯtra morbū. ⁊ receditur a recta cura morbi: ergo h non ē faciendum. ꝯña clara: ⁊ assumptū statim declarabit.

B Nõ pᵒ ¶ Nõ pᵒ q illum medicum dicimus facere oia scdm rõnem qui cognita spē egritudinis: ⁊ causa: ⁊ virtute ⁊ ꝯsuetudine alijsq; partibus ꝓspectis applicat ea ꝓ cura que sunt applicāda: vt dispositio passi tollatur: ⁊ cū debita tēporis mensura.

C Nõ 2ᵒ ¶ Nõ scdo q tunc dicimus euenire ꝑ3 rõnē qñ ad operationem sequitur effectus quē rõnabilis medicus ex apparētibus indicat euenire. Cū nō ita accidit vt indicare habet rõnalis: ⁊ prudēs medicus tunc dicimᵘ nō euenire ꝑ3 rõnē.

D Nõ 3ᵒ ¶ Nõ tertio q in opibᵘ medicorū iudiciū de futuris est iudicium arbitrarium qd nō est oio necessariū. imo aliqñ contingit ꝯtrariū. ⁊ decipi ⁊ presertim in tēpore euētus rex. qa certa mēsura resistētie: ⁊ modoꝝ particulariū non pōt limitate ꝯprehēdi. ex q̄ p3 q poẗe ē medicū facere ꝑ3 rõnē: ⁊ tñ nō euenire ꝑ3 rõnē: q2 nō fuerūt manifesta signa significātia limitate quãtitatē resistētie cāe morbi: vel morbi: ⁊ iō tardatur effectᵘ vltra iudiciū medici rõnalis.

E Nõ 4ᵒ ¶ Nõ 4ᵒ q tribus modis ꝯtingit trāsire de vna medicia ad aliã q̄tū ꝓposito ꝑtinet. ꝑmo de vna in ꝯtrariã virtualiter. 2ᵒ diuersa3 i vigore. aut q2 sit alterius gradus vel mēsure. 3ᵒ in diuersa specifice l3 similis vigoris: ⁊ vtutis: vt sunt exēpli grā in calore camomilla. ⁊ sticados. ad propositū maxime de ꝑmimᵘ duobus modis itelligit hypo. nō debere trāsire ad aliud: sed vltimo mō in eadem egritudie debemᵘ medicinas ꝑmutare: vt q̄rta ꝑmi. caᵒ pᵒ.

Nõ 5ᵒ ¶ Nõ qnto rõnabilr dictū eē manēte eo qd visum ē a ꝑncipio. nā si ꝑmutat idicatio aut virtus: aut morbᵘ: aut accidēs tūc ēt sūt permutanda remedia.

Nõ 6ᵒ ¶ Sexto non q si a ꝑnᵒ approximamᵘ rõnabilia qualitercunq; in duobus ꝑmis modis recedatur a ꝑmis remedijs recedet a cura recta: ⁊ ipeditur virtus cū medicamine proportiōato. ⁊ ideo illud non est faciendum. concordia colligitur primo primi. cap. primo. ¶ Cõmenti Galieni expositio.

Sapientem nõ. ⁊c. Dic ē prio cõmētū Gal. scdo additio ꝯstātini. ibi 2ᵃ. (Trāsire.) pria in duas. prio docet quō nos habeamᵘ ad medicū. scdo dat cāz quare nō deb3 medicus permutare medicinas in casu apho. ibi secunda. (Sicut. n.) Dicit primo q non debemus imfamare medicum sapientem si non sequitur effectus pro quo laborat. SICVT ENIM. Facit quod dictu3 est di. q sicut aqua facit suauiter effectū suum penetrando: licet ei non cito appareat. ita medicus in morbis: quorum cause sunt dure ad digerendū nō debet ꝑmutare medicamina si aliud nō apparet q̄3 qd a pricipio: q2. s. hec medicamina quibus vsus est secundū rationem preparant materiam occulte ⁊ tandē per ea ad itentū veniet sapiēs. TRANSIRE. Constantinᵘ facit quatuor. primo ponit vnam distinctionē. secundo exponit apho. tertio docet: quare illa pars vltima additur. secūda ibi. (Dicit igit.) tertia ibi. (Manēte.) ¶ Dicit ꝑmo q dupliciter cōtingit transire ad aliud. s. in qualitate: vt si transeamus de calido in frigidū: aut quãtitate. s. virtute medicine eiusde3 caliditatis. vt si de calido in magis calidū. ¶ Dicit secūdo hypo. dixisse: q nullo istorū modoꝝ debet fieri transitᵘ de vna medicina in aliã. q2 hoc faciunt methoici siue ēpici. ⁊ non rõnales medici. ¶ De tertia dicit q additur manente eo qd visum est a pricipio: q2 si permutetur egritudo: vt de tertiana in quotidianam mutanda sunt medicamina. Aphorismus. LIII.

Quicūq; vētres habent humidos iuuenes quidē existentes siccos habentibᵘ meliᵘ cõmutant. In senectute vo deterius commutant: siccantur enim vt in pluribus senescētibus.

¶ Quoru3 aluus humida est: hi q̄3 diu iuuenes sunt melius degunt q̄3 qbus sicca est. At in senectute deterius. Siccatur enim aluus magna ex parte his qui senescunt.

¶ Quicunq; aluos humidas hñt: sigdem iuuenes fuerint: meliᵘ cõmutãt his q siccas hñt. Ad senectam vero deterius commutant nam senescentibus magna ex parte exiccant.

¶ Iste aphorismus ⁊ suum cõmentum sunt clara ex dictis ⁊ notatis in apho. vigesimo huius particule. iō illuc recurrendum est. ¶ Aphorismus. LIIII.

In magnitudine vo corporis iuuenescere quidem decens est: ⁊ non insuaue: senescere inutile ⁊ peius minorībᵘ.

¶ Magnitudo corporis in iuuenta quidem formã liberalem affert nec iniucunda: sed in senectute vsu difficilis est: atq; deteriᵘ qd procerius est.

¶ Magnitudo corporis iuuente qudem neq; indecēs: neq; illiberalis: senecte vero inutilis: ⁊ deterior paruitate.

¶ Hic hypo. ponit duas conclusiones. ibi scda. (Senescere) prima est decens est iuuenem esse longum corpore: ⁊ nō inutile. probatur: qa per talem longitudine3 corpus iuuenile redditur decorum siue pulchrū aspectu: ⁊ non impeditur in suis operationibus. ergo. assumptum statim patebit in littera: ⁊ in commento. ¶ Nota ꝑmo q dupliciter dicitur ho

manum corpus magnū. vno modo ꝓprie q2 in trib⁹ dimensionibus tēperametū excedens. Secūdo modo cōmuniter q2 in lōgitudine sola. hic sumitur vtroqꝫ mō maxie tamē p° modo. ℭ Secūdo nota: ꝙ hec magnitudo dicit decēs. i. nō remouens decorē rectitudinis: q decor in hoie attendit magis ꝙ̄ in alijs animalib⁹: vt possint rectius celū prospicere. ouidio dicente. Pronaqꝫ cū spectent aialia cetera terrā. Os homini sublime dedit celūqꝫ tueri Jussit: ⁊ erectos ad sidera tollere vult⁹. Et boetio de cōsolatione: vltio metro. Unica gens hominū celsūꝫ leuat alti⁹ cacumē. ℭ Est hoc autē ꝓpter plurimū calorē in ꝙ̄to ipꝫ erigentē: aut ꝓpter finē: vt melius celū: ⁊ astra intueref. sed Gal. 3° de vtilitate pticulari. capl'o quarto. decisit poeticā hāc cām: tum dixit opinari aūt ꝓpf h recte stare hominē: vt ad celū prōpte aspiciat dicendo ad celū faciē homini vertit caput laboriose ē: q nūꝙ̄ viderit celi splendorē vocatū piscem: h nāqꝫ ⁊ si nolit tñ ad celū semper aspicit. sed causa pōnis recte ē ratiōe organoꝝ cruris: ⁊ cosse cum dorso in homine fuit: quia propter hanc causam est aptus recte stare: ⁊ sedere in quibus duobus sitibus optime man⁹ exercet. ℭ Nō tertio. ꝙ talis magnitudo non ē insuauis in iuuenib⁹: q2 eorū v̄tus potest faciliter corporis onus ferre. ℭ Nota quarto. ꝙ ꝙ̄uis hec magnitudo sit in iuuētute decens: tñ hoc nō ē respectu mediocris sed respectu paruit: nec ē decens sicut magnitudo in qua ꝓportionaf longitudo alijs dimensionib⁹. Ex hoc sequit hominē secundū. nām lapsum duob⁹ diuersis lapsib⁹ a tēperamēto minus labi pfectionaliter ꝙ̄ si vno tātū laberetur.

ℭ Senescere inutile. Secūda cōclusio. magnitudo corporis in senib⁹ est grauis: ⁊ peior corpis paruitate. ꝓbatur quia ipsa plus grauat v̄tutē motiuā ꝙ̄ paruitas cū in senectute motiua v̄tus sit debilitata: ⁊ cū hoc inflectif eoꝝ dorsuꝫ magis ꝙ̄ in minorib⁹. ideo fiunt indecētis figure. igitur ipsa est inutilis. ⁊ peior paruitate. ⁊ intelligif alijs paribus.

ℭ Nota primo. ꝙ hec corpora curuātur. q2 tanta est corporis grauitas ⁊ virt⁹ adeo diminuta. vt vix tantū onus ferre possit. 2° q2 musculi in longis sunt graciliores debito ad ipꝫ rectum tenendo. Et ideo in senectute laxantur.

ℭ Ex his primo patet sensus quare magis flectunf illi q solum sūt lōgi ꝙ̄ qui sūt magni ꝓprie loquēdo. causa aūt quare ad anterius flectūtur est onus pectoris ⁊ capitis cū aliq̄ nāli curuitate colli ad anterius ad meli⁹ onera portāda. huius autē apħi cōcordia colligitur ab ysaac pmo elementorum. ℭ Commenti Galieni expositio.

Magnitudo corpis. ⁊c. Gal. p mo exponit quedā vocabula: ⁊ docet qd itelligit hypo. per magnitudinē corporis. 3° verificat secundā partem apho. ibi secunda (Hypo. āt.) ibi tertia. (Hec eni.) dicit primo ꝙ magnitudo corpis dicitur procul dubio. ⁊ proprie de quantitate que egreditur intēperamentum in longitudine latitudine: ⁊ profunditate.

ℭ Dicit secundo. quo ad hanc partē: ꝙ si corpus excedat solum in longitudine homines cōsueuerunt talem vocare magnuꝫ: deberet tñ ꝓprie dici longum ⁊ non magnū.

ℭ Dicit tertio. ꝙ si excedat in profunditate: ⁊ latitudine etiā solet vocari magnum: licet proprie debet dici grossum.

HYPOCRAS. Hic facit qð dictum est di. ꝙ hypo. nō intendit. h de magnitudie hoc tertio mō dicta: vel primo mō: ⁊ rō est q2 ille nō sunt moleste in senectute respectu puitatis. ⁊ tamē in iuuētute sunt bone modo hic loquitur de ea: que in senectute est molesta. Et ideo solum intellexit de longitudine. in qua certificauit suū dcm̄ hic. HOG ENIM. Uerificat secundā partē apho. dicens: ꝙ hoc longum in senectute torquef: ⁊ curuaf. ⁊ gibbosatur ⁊ tale corpus vix ab habēte ipsum portatur. ⁊ illis q sūt tales in iuuētute tpe senectutis cōtrahunf musculi maiores tenētes dorsū rectū: ⁊ curuātur versus anteri⁹ nō potētes pōdus sustinere: ⁊ pei⁹ stāt in isto ꝙ̄ miores tēperamēto: dato ꝙ vbi miores icuruarent: q2 eoꝝ musculi i grossitie nō sūt ita ꝓportiōati oneri corpis.

ℭ Et sic ē finis scđe pticule. Tertia de se ē clara. ℭ Sequitur quarta.

Pregnantes si conuenit purgare: a quarto mense vsqꝫ ad septimuꝫ: minus vero has. Minora vero ⁊ seniora vereri oportet.

Mulierem vtero gerentē purgabis medicamento: si mā turget: quarto mense: ⁊ ad septimuꝫ vsqꝫ: sed eas minus. A recentiore aūt ⁊ auctiore cauebis. Theo.

Utero gerētes sunt medicande: si mā turget quarto mēse: ⁊ vsqꝫ ad septimū sed has minus. Juniora autem: ⁊ senıora: vereri oportet. Leoni.

ℭ Hypo. in isto aphorismo intendit tres cōclusiones: ⁊ ita aphorismus diuiditur in tres partes. secunda ibi. (Minus vero.) tertia ibi. (Minora vero.) ℭ Prima conclusio ē ista si pregnantes debent purgari magis cōuenit eis purgatio inter 4. mensem: ⁊ 7^{m}. cōclusio arguitur sic. in hoc tempore ex purgatione minus incurrit pregnans periculum abor B sus. ergo ⁊c. assumptum patebit in notatis. ℭ Circa apho. Nō p nota primo ꝙ pregnātes proprie dicuntur habentes in ma C trice: aut fetuꝫ: aut sperma agens ad fetus gñatiōnē. ℭ Nota secundo. ꝙ grauida dicitur proprie pregnans quādo pro Nō 2° pter fetus magnitudinem grauiter ⁊ cum difficultate mouetur. ℭ Tertio nota. ꝙ purgare intelligitur proprie cum Nō 3° medicina euacuante exoluendo: nam flobotomia potest fieri etiam in primis pregnationis mēsibus. ℭ Nota quarto. ꝙ dicif si conuenit ad declarādum: ꝙ nō leui causa sunt Nō 4° purgande: sed oportet forte cām interuenire. ⁊ ideo sensus est iste. qð si magna viget causa ad purgādum pregnātem. tūc maxime fieri debet inter quartū ⁊ septimū. ℭ Quinto nota. ꝙ in pregnante primū qð generaf est secūdina que est D continens fetū. hec autem secūdina alligatur matrici p plura ligamenta que oriūtur a capitibus venarum matricis: que ligamenta vocanf cotilidones. Jsta ergo ligamēta in primis mensibus valde tenella existētia ex leui causa rūpūtur. in fine v̄o quando fetus appropinquat maturitati illa ligamēta: ⁊ si sint inter se duriora ꝙ̄ ante: tamē minus fortiter adherēt matrici: q2 humidū viscosuꝫ per qð adherebāt est consumptū. ⁊ ideo a leui causa separantur a matrice. ergo farmacō exoluente faciente fortem agitatiōnē: ⁊ mulierē fortem conatum faciēte ad egerendum: tam in pmis mensibus: ꝙ̄ in vltimis faciliter frangūtur: vel a matrice separātur ista ligamenta. Et ad hec duo sequitur aborsus. Jn medijs autem mēsibus ista ligamēta non sunt tenella nec adeo paucificata est humiditas eorum viscosa: vt faciliter a matrice separentur. ⁊ ideo non faciliter ita abortiunt ex causis dictis. ⁊ sic patet verificatio conclusionis. ℭ Sexto nota. ꝙ ly. a. ly. vsqꝫ possunt teneri exclusiue ⁊ inclusiue: vel vnus illoruꝫ exclusiue reliquus inclusiue. si teneātur vtriqꝫ exclusiue tunc sensus erit ꝙ purgari debent in 5° ⁊ 6° tantum. si teneantur inclusiue tunc sensus erit ꝙ purgari possunt in 4° ⁊ in 5° 6° ⁊ 7°. Si vero vnus illoruꝫ terminorum teneantur iclusiue. alius exclusiue: patet quomodo duob⁹ modis potest intelligi. Uidetur autē Aui. tenere istos terminos inclusiue. 21. tertij. cap. de cōseruatione embrionis: ⁊ cautela ab aborsu vbi dixit. Et farmacū: quod soluit est de summa illarū causarum. s. facientium aborsum. quare oportet ꝙ caueaf eius dispositio ante mēsem 4^{m}. ⁊ post 7^{m}. ℭ 7° nō. ꝙ licet in hoc tēpore concedaf: tamen hoc est cum forti in

dicatione ad oppositum. ⁊ ideo quandocūq; fiet talis ope/
ratio non est regularis. sed coacta.

Minus vero. Scđa cōclo. apho. est ista. Pregnātes sūt minꝰ purgande nō pregnātibus. ꝯclusio probaꝛ sic. iste ex purgatōe maiora pñt icurrere nocumēta q̄ȝ nō pregnan/ tes alioꝝ supposita paritate. nā iste incurrūt p̄iculū abor/ sus: vt est dictū supra. ⁊ ad aborsum plura alia nocumēta se quunꝛ. hec autem nocumenta non sunt in nō pregnātibus.
Nō p° Circa cōclōnē nota primo: ꝙ hec cōclusio pōt pluribus modis intelligi. vno mō q̄ rariꝰ sūt purgāde. 2° q̄ cū minꝰ forti medicia. tertio q̄ fortior cā ad eas purgādas est expe/
2° ctanda: ⁊ quolibet istoꝝ modoꝝ est vera. Scđo nota. ꝙ istud itelligiꝛ alijs paribꝰ. nā ex cā staret aliquā pregnātez
3° certa nō pregnāte magis eē eūandā. Tertio nota. ꝙ p ly has quidā itelligūt absolute de oībus pregnātibꝰ. q̄dā vō de pregnantibꝰ a quarto in septimū. ⁊ vterq; sensus ē verꝰ.

Minora vero. Tertia cōclusio est ista. purgatio cum farmaco est verēda in pregnātibꝰ minori spacio: q̄ȝ vsq; ad quartū mēsez: aut maiori q̄ȝ vsq; ad septimū. probaꝛ ꝯclō. quia i istis tēporibꝰ ex farmaco soluēte magnū incurrūt pe riculū aborsus. Cā istam ꝯclōnem verificās sumiꝛ in nota/
D tis p̄me ꝯclōnis. ⁊ tu collige. Nota primo. ꝙ ligamenta dicta quibus fetꝰ alligaꝛ matrici silꝛanꝛ ligamētis q̄bus fru ctus ab arboribꝰ pendēt: mō experientia nōt: ꝙ cōcussa ar/ bori i p̄nº multi fructus cadunt cū sunt valde noui. Et silr q̄ñ maturanꝛ maxie maturi cadūt: qđ euenit ex silī cā illi q̄ di/
E cta ē de fractura cotillidonū in matrice. Ex his q̄dā in/ ferunꝛ notāda. primū ꝙ a quarto mense vsq; ad septimum maius est p̄iculū i aborsu q̄ȝ añ quartū: q̄ fortiores sunt co/ tillidones: ⁊ maiora ide sequunꝛ accñtia. vñ magis p̄iclitā tur q̄ȝ si añ abortiant. Scđm. ꝙ lȝ in eūone p farmacū sit maius p̄iculū de aborsu in tribꝰ p̄mis mēsibꝰ. nō tñ oȝ ita ð flōª. nā i flōª nō oȝ ita fieri cōmotionē ⁊ agitationē cotilido nū nisi forte a fetu carēte nutrimēto. ⁊ iō in p̄mis mēsibꝰ: q̄ pauciori indiget nutrimēto fetꝰ minꝰ periculosa est flōmia: vt infra diceꝛ. Quare āt aborsus quarti mēsis est periculo/ sior p m̄rice q̄ȝ q̄nti aut sexti aut septimi diceꝛ infra. Con cordia vō aphorismi colligitur ab Aui. loco supra allegato ⁊ ē vtilis vt pȝ in practica. Cōmēti Galieni expositio.

Is verbis hyp. Gal. in cōtº facit tria. Prio v̄ificat apho. p cām ponēdo quādā silitudinē ad ppo sitū. 2° oñdit q̄re dicit si ꝯuenit. 3° exponit istum terminum purgare. ibi 2ª. (Nō aūt oēs.) ibi 3ª. (Cum aūt hypo.) De prima p̄te dicit ꝙ ligamēta q̄bus fetus alligaꝛ m̄rici silꝛanꝛ ligamētis fructuuȝ ad arbores: ⁊ q̄ in fructibꝰ nouiter natis sūt illa mollia facilꝛr frāguntur. vnde ex leui cā: sicut ex vento plurimi fructus cadūt: In fru ctibus autē maturis ligamenta ab arbore separanꝛ sine alia causa extranea. i medio tēpore hec ligamēta sūt fortissima. ita intelligaꝛ de ligamētis fetꝰ. Et iō in principio p̄gnatiōis ex oī leui cā corrumpunꝛ dūmō illa sit cā agitatiōis. Et ita ex ira exercitio inanitione ⁊ alijs causis quas i cōmento vi de. in medio t̄pe sunt hec fortiora. ⁊ iō mulieres fortiores pa tiunꝛ motus sine nocumēto fetꝰ in vltimis mensibꝰ fetus est grauis ⁊ ligamēta sunt exiccata ⁊ faciliter a matrice separa bilia. Et hec est causa quare hypo. dixit p̄ñtē aphorismuȝ. De parte 2ª dicit ꝙ nō oēs pregnantes sunt purgande: lȝ in eis aliqui essent mali humores. Et iō addidit. si ꝯuenit. h̄ aūt est si humores fuerint mobiles ⁊ furiosi aliquorū qua/ tuor modoꝝ q positi sunt sup aphorismo. 22° prime p̄ticule. ita ꝙ due req̄runꝛ ꝯditiones. vna ꝙ humores sint mobiles ⁊ possint farmaco eūari. 2ª ꝙ sint aliquo illoꝝ modorum fu riosi. Sed si humores fuerint q̄eti nō opȝ p farmacū inq̄eta re eos: q̄ nocumēta essent maiora iuuamentis. Et hic cō cordat cuȝ dictis hypo. alibi: ꝙ si q̄s vult purgare mēbra

apata nō purget in initio: q̄ morbi nō sunt maturi ⁊ cōuer tibilꝛ farmacie: imo sana mēbra q̄ morbo repugnabāt exh bito farmaco i tali casu debilitanꝛ. ⁊ iō isti hūores i p̄gnāt nō eēnt eūandi: cū nō sint mobiles ad sensū datū. De p̄te 3ª dicit ꝙ hypo. p dari farmaciā. i. purgari intelligit de ea aut educit superiꝰ vomitu aut inferiꝰ p secessum: nec est op portunū ampliꝰ repetere dicta in alijs. Apho. II.

In pharmacijs: talia ducere ex corpo re qualia sponte venientia sunt: vtilia. Que vero cōtraria venientia: q̄escere.
In medicamentorum vsu: si talia ducuntur ex corpore: qualia vel sponte exeant: vtile est: si contra: cohibenda sunt.
In medicationibus: talia educere e corpore: qualia ⁊ sponte prodeuntia: vtilia: que vero con trario modo prodeunt: cohibere oportet.

Hypo. in isto aphō itēdit duas ꝯnes: ⁊ secundā ponit ibi. (Que vō ꝯrie.) Pria cōclō ē ista. Medicꝰ recte operās dꝫ cū farmaco tales hūores eūare q̄les si a nā eūarenꝛ eorum eūo esset vtilis. pbaꝛ. q̄ tales hūores eūando cōfert eūo ⁊ bñ ferꝛ. g̃ tales eūare dȝ: ꝯña nō. ex dictis i scđo aphō. p̄me p̄ticule. Et assumptū pȝ: q̄ si istoꝝ eūo ꝯferret a nā facta: si gꝛ ꝙ si silis fieret ab arte itez ꝯferret. Circa aphorismuȝ nō prio. ꝙ p farmacias debemꝰ intelligere omnes medici nas exoluendo aptas eūacuare siue vomitu siue secessu: li; aphorismus etiā esset verus: si ampliaretur ad omnem mo dum eūationis. vt dꝛ aphorismo. 2° p̄ticule p̄me. ⁊ in cōmē to. Nota 2° ꝙ per talia ⁊ qualia nō tm̄ intelligimꝰ humo res peccātes in quali spāli. imo oēs etiā in gñali peccantes in quali q̄ nociuos. sensus igiꝛ cōclusionis est: ꝙ p farma cum medicus euacuās debet euacuare hūores ita peccan tes: ꝙ si ipsi a natura euacuarenꝛ eorum euacuatio esse vti lis. Nota 3° ꝙ p sponte eueniētes intelligit hyp. oēs hu mores a natura euacuatos sine adiutorio extrinseco. vt pȝ per Gal. in cōmēto: ⁊ ideo nō bene exponūt qui dicūt solū intelligi de illis q euacuanꝛ a natura recte ⁊ nāliter non sin thomatice op̄antis. Nam qualꝛcūq; fiat euacuatio a natu ra humorū peccātiū que sit vtilis eorū euacuatio: si ab arte fieret alijs deductis esset vtilis. 4° nota ꝙ natura in eua cuatione humoꝝ: q̄ñq; euacuat tantum nociuū humorem: q̄ñq; vero natura stimulata a nociuo humore: ita irritatur vt etiā bonos euacuet. Contingit aūt hec differentia: q̄ na tura q̄ñq; dominaꝛ humori ip̄m digerendo ⁊ separando: ⁊ q̄ñ ita est nō euacuat eum ante digestionē ⁊ separationem: ⁊ tūc p̄ti q̄ stimulaꝛ insurgit ad humorē pellēdū: p̄im quia cōueniēs insurrexit ꝓportio inter v̄tutē expulsiuā ⁊ mãȝ vt sepe dcm̄ est supra: ⁊ talis euacuatio ē laudabilis: q̄ñq; aūt natura nō vincente in digerēdo humorē tam malignum vt eius impressionē mēbra non tolerēt tunc insurgit vehemēa virtutis conatꝰ ad expellēdum: ⁊ hoc loquendo de virtute naturali expulsiua. Et ideo tūc āte sepationē: ⁊ anteq̄ȝ talis debita ꝓportio insurgat nā conaꝛ vltimate malū humores expellere: ⁊ tūc pellit malū ⁊ bonū secū mixtū: ⁊ iō plurime tales sunt malū signū. vt dꝛ in cōmēto. Medici g̃ istas hoc 2° mō factas a nā anteq̄ȝ talis ꝯueniēs ꝓportio inter v̄tutes expulsiuā ⁊ humorē interueniat vocant sinthomaticas: q̄ nā has facit pp sinthoma vel accñs malū. nō ꝓpꝛ cōuenien tem ꝓportionē acq̄sitā: reliq̄s aūt eūones: ⁊ si etiā in illis fa ciendis cōcurrat aliq̄ lesio: vt in cretica expulsione vocant nāles: q̄ magis vꝛ virtꝰ moueri ꝓpꝛ debitā ꝓportionē acq̄ sitā q̄ȝ ꝓpter lesionē: cum suet bonitatē ordis: ⁊ sepet prius nociuū a benigno: ꝓprie tñ ille debēt naturales pure. in qui bus non cōcurrit p̄ternālis imp̄ssio tanq̄ȝ cā: vt in expulsiōe nāliū sup̄fluitatis prime ⁊ scđe ⁊ 3ᵉ digōnis in corp̄e iculpa te sano. Ex quo pȝ eūonū a nā factaꝝ quasdam fieri sine

cōcursu lesionis vel ꝑternālis dispōnis:quasdā cū tali con/
cursu determiate ꞇ auertēte nām a couenięti mō opationis:
ꞇ iste dicunt sintbomatice:quedā fiunt cū tali cōcursu : non
tñ impediēte nām a debito mō eūonis : ꞇ de oibus verificat
Nō 5° aphorism⁹.vt dixi supra.¶ Nota 5° ꝙ aliqua sintbomatica
euacuatio qñqꝫ cōfert: qꝛ iā ꞇ si nā non pellat solū malū hu
morē:tñ in ea multo magis est iuuamētū ꝑ eūationē nociui
Nō 6° qꝫ sit nocumētū ꝑ eūone iuuamēti.¶ 6° nota iuxta illud qd
in cōmēto dr̃ ꝙ Hypo.in hoc apho . loqꝛ de spontanea eua
cuatione innuēs ꝙ medicus in ope suo dꝫ imitari nāꝫ nālr
opantē cū agit regulariter.s. facere opa opib⁹ nature siliā:
ꞇ intelligo:ꝙ si in aliq̄ spē opationū nā opaꝛ nālr non victa
a re ꝑter nām:ꞇ medicus in eodem corpe ex aliquo casu de
beat opationē silis spēi facere:tūc dꝫ in hoc seq nāꝫ.i. silem
opationem facere q̄to magis pōt opationi nature nāliter
opantis qñ talē facit.verbi grā.si medicus debet sanguinē
euacuare in mulier̄ ꝑ retētionē mēstruoꝝ. Si pōt debet il/
lum euacuare ꝑ mēstrua ꝓuocādo nisi fuerit impediēs. silr
si debet purgare patientē tertianā purā ꝯtinuā: ꝓpter hui⁹
morbi māꝫ:qꝛ sciꝫ ꝙ si nā hāc purgationē faceret non victa
a re preter nām euacuaret colerā rubeā vt est visum in cri/
sibus laudabilib⁹:ꞇ euacuaret eā postq̄ digesta esset: ideo
medicus cum videt opus esse sua eūone dꝫ eūare coleram
digestā.Sunt aūt aliq q per imitari nām intelligunt opari:
ita vt cōferat nature:aut agēdo:aut desistendo : sed sine du/
bio hec non ē mens Gal.in cōmēto hic:nec in pticula prima
ꞇ vbū imitādi sigt silitudinē opōnum.¶ Nō 7° ꝙ lꝫ habea
mus regulā qñ debemus imitari nām i eūone: tñ iudicium
de imitatōe qñqꝫ decipit nos:vt in ꝯmēto dr̄. ꞇ iō facta opa
tiōe ad certificādū vtrū bñ opati fuerimus an nō:opꝫ consi
derare duo q̄ Hyp.tetigit in seq̄nti aphō.ꞇ i 2° ꝑme.s.ꝯferē/
tiā ꞇ bonā tolerātiā:qb⁹ appentib⁹ certificaꝛ bonitas opō/
nis:sed si ꝯtraria apparent.s.mala tolerātia:ꞇ deterioratio.
tunc est signū erroris in aliqua cōditionū reqsitarum ad bo
nitatē eūationis:que sunt q̄titas locus ꞇ tempus.

¶ Que vo cōtraria.Scōa ꝑ̄.aphi est ista.Medic⁹ recte
opans dꝫ dimittere eūare hūores q ꝯrio mō se hñt q̄ iā di/
cti.s.illos q̄s si nā eūaret eoꝝ eūo n̄ eēt vtilis.ꝓbaꝛ:qꝛ si nō
dimittat:imo illos eūaret infirm⁹ male tolerabit ꞇ nō ꝯfer/
ret euacuatio.ḡ dꝫ dimittere.¶ Circa ptē nō ꝑ. ꝙ hec ꝑ̄ du
plicē hꝫ sensuꝫ:vn⁹ ē dict⁹.scōs dicit ꝙ ē vt itelligaꝛ:ꝙ si nā
facit eūonē humoꝝ q̄ nō sit vtilis. Medic⁹ dꝫ istā eūationē
sistere ꞇ getare ꞇ vterq̄ sensus est ver⁹. Sꝫ ꝑmus ē de inten
tione Hypo.¶ Nō 2° ꝙ queādmodū dictū est nā stimulata
ꞇ sintbo^cc opans aliq̄ confert:sed raro: ꞇ iō etiaꝫ medicus
qñqꝫ irregulariter hāc opationē imitādo eūat añ digestiōeꝫ
ꞇ confert:vt est dictū supra de mā furiosa.

Medi/cus nāꝫ imitari debet.

Queritur vtrum medic⁹ debeat imitari nām : ꞇ arguiꝛ primo ꝙ non ꝑ hoc ꝙ nā eūante non dꝫ medicus eūare : vt su/
pra illo aphō 2° prime pticule. Ea quorū crisis
fit.ḡ nō tūc dꝫ imitari nām.¶ 2° sic . qñ nā non
mouet debet medic⁹ mouere:vt prima quarti.caplo de cu/
ra putridarum in generali.ergo non imitatur naturam.

Ad oppositum est Galienus in cōmento.

¶ In q̄one sunt duo modi dicēdi. ¶ Unus hāc ponen
do distinctionē.medicū imitari nām pōt in
telligi duobus modis.vno modo ita opari vt opatur nā : ꞇ
h̄ mō nō semp medic⁹ dꝫ imitari nām. 2° mō dꝫ imitari nāꝫ:
.i.agere ita vt nāe cōferat vel dimittere actionē vt nāe cōfe/
rat.ꞇ h̄ mō semp medic⁹ dꝫ imitari nām:ꞇ pꝫ ꝙ tūc argumē
ta non ꝓcedunt.¶ 2⁹ modus rñdendi est ꝙ medic⁹ imitari
nām intelligiꝛ duob⁹ modis.vno mō ꝙ ita opeꝛ:vt opaꝛ nā
in illo corpe circa qd agit medic⁹:ꞇ hoc mō nō semp . Me/
dicus dꝫ imitari nām. Nā qñ nā eūat sufficiēter nō opꝫ me/
dicū eūare:ꞇ qñ non eūat opꝫ eūare vt dicūt argumēta fa/
cta.2° mō pōt intelligi ꝙ medic⁹ debēs aliq̄ opōnē exerce/
re circa corpus faciat silem opōnem illi:quā in spē illa facit
nā:qñ est potēs optime opari operationē eiusdē spēi in ca/
su simili. vbi grā.medic⁹ qñ dꝫ euacuare in tertiana: opꝫ ꝙ
euacuet sicut faceret nā nāliter euacuās in tertiana: qꝛ cole
ram:ꞇ qñ mā est digesta:ꞇ hoc intendit Gal.

Ad argumenta. ¶ Ad ꝑm cōcedo assumptū: ꞇ nego ꝙ dꝫ imitari nām modo

dicto . Nā tūc nō ē opportunū medicū eūare in illo corpe. ꞇ
iō nō dꝫ ꝙ imiteꝛ nāꝫ:imo eā dimittat ꞇ nō ipediat:sꝫ qñ dꝫ
eūare.tūc bñ facit opōnē silēꝫ opōni quā aliqñ facꝛ nā recte
opans.¶ Ad 2^m dr̃ ꝙ si nā nō mouet digesta mā medic⁹ dꝫ
eūare:ꞇ eūando imitaꝛ nām:que nā in eūando in febre ma/
teriā euacuat qñ digesta est:ꞇ ita facit tunc medicus.

Dubitatur scōo vtrū medicus debet imitari nām sintbo^cc opantem ꞇ sine argumētis dic

ꝙ sic aliqñ irregulariter:nō aūt regulariter. ꞇ in hoc maxie
miror modū quorūdā doctoꝝ. Nā in ꝑcedēti dubio dicunt
ꝙ imitari nām ad sensum Gal.nō est ita opari vt opaꝛ nā: sꝫ
ita opari vt ꝯferat nāe:deinde in hoc dubio rñdet ponendo
duas distinctiones.ꝑma sintbo^cc opatio vt conferat nature
aliq̄ est simplr talis in q̄ plus iuuamenti q̄ nocumēti eūaꝛ.
Aliq̄ est ꝫm qd sintbo^ca in qua plus de nocumento euacua/
tur.2° distinctio.medic⁹ potest duplr imitari nām.vno° regu
lariter.alio mō coacte.¶ Tūc sūt due ꝯclones . Nūq̄ me/
dicus debꝫ regulariter imitari nām sintboma^cc opantē. pꝫ.
qꝛ in tali opōne est fortis idicatio ad opp^m.¶ 2ᵃ ꝯclo.aliqñ
coacte debet medicus talē opōnē imitari.ꝓbaꝛ. qꝛ qñqꝫ nō
obstante notabili nocumēto:tñ iuuamētū est mai⁹ita opan/
do:ꞇ hoc facit medicus qñ eūat furiosam mām añ digōnē.
Ego aūt puto istā rñsionē esse bonā: sed ipsi ꝯir nō dicunt
ad precedētia. Et arguo ꝙ medic⁹ debet irregulariter imi/
tari nām quātūcūqꝫ sintbomatice operantē . Nā medicus
debet ita agere vt tali nature cōferat:sed hoc ē imitari nāꝫ.
patet ergo ꝙ ipsi non seruant pōnem.

Medi/cus nāꝫ sintbo^cc opantē imitari debet.

Tertiū dubiū vtrū ois euacuatio sintbomatica sit cohibenda. ꞇ sine argumēto dr̃

ꝙ aliqua sic:vt qñ ꝑ eā caderet vtus ꞇ multuꝫ de iuuatiuo
educeretur ꞇ spes esset ea cohibita virtutem posse vincere.
¶ 2ᵃ ꝯclo.nō ois talis ē cohibēda. pꝫ ꝑma in nō simplr sin/
thomatica. pꝫ 2° in casu in quo infirm⁹ oīno sit moriturus.
pꝫ 3° in casu in quo mā esset venenosa:quā añ digōnem na/
tura pelleret. ¶ Cōmenti Galieni expositio.

Ois sin/thoma/tica eua/cuatio cohibē/da est.

Spontanea. Gal.in cōmēto isto duo facit.ꝑ exponit aphꝫ. 2° determinat de diuersitate eūonis a corpe.ibi 2ᵃ (De cui⁹ diuersitate.) Prima in tres . In ꝑᵃ ex/
ponit illū terminū sponte. 2° ponit vnam distin
ctionē de spōtaneis eūonibus.3° ponit aphōi sniam . 2ᵃ ibi.
(Aliqñ facit.)ibi 3ᵃ.(Unde Hypo.inuit.) ¶ De ꝑᵃ dicit.ꝙ
spōtaneā eūonē debemus intelligere oēm illā que fit a nā si
ne adiutorio medici : qd ē intelligēdū ēt sine concursu spāli
alicui⁹ extrisece cāe.¶ De parte 2ᵃ dicit. ꝙ ista spōte educta
duob⁹ modis educūtur.aut.n.educunꝛ a nā q̄ tm̄ eūat huo
res nociuos:aut h̄ euenit:qꝛ hūoꝛ est ita mortificatiuus vel
male q̄litatis impressiu⁹ ꝙ vasa ipꝫ ꝯtinere nō pñt. ꞇ iō ipm
expellūt ēt añ maturationē:simul ēt bonū expellēdo:ꞇ si nā
nō solū eūat nociuos humores.tūc eūo iuuat. Si vero eūat
ꝑp accñtia ipsaꝫ nām stimulātia nō est bonū signū: qꝛ signi/
ficat nām malignam nimis stimulantē vtutem. ¶ De par
te 3ᵃ dicit. ꝙ Hypo.innuit nos debere seq actionē nāe. Et iō
dixit.opꝫ ꝙ in morbo purgenꝛ ea q̄ sunt spontanea.i. si nā
educerenꝛ essent vtiliter eūata:ꞇ hoc idē magis vt innuit in
superiorib⁹ in 2° aphō vbi dixit. Sic ꞇ inanitio ꞇc.sed h̄ spe
cialiter loquiꝛ de purgatiōe.¶ Et hoc ex dictis in aphō ha
bitis quid sit intelligendū per medicum imitari naturam.

DE CVIVS DIVERSITATIS. Gal. in ista parte disputat de diuersitate euacuationũ: ⁊ diuidit̃ in duas. ꝑ ponit vnaꝫ distinctionẽ de mõis eũonũ. 2° ponit signa: ꝑ q̃ cognoscimꝰ q̃lis hũoꝛ ẽ eũandus. ibi 2ª (Que pñt itelligi.) ꝑª diuidit̃ in 4ᶜʳ. ꝑ ponit intẽtũ. 2° ponit distictionẽ eũonũ cũ farmaco. 3° oñdit diuersitatẽ purgatiõis vl̃is cũ farmaco: ⁊ quoꝛũdam alioꝛuꝫ. 4° ꝯcludit intẽtionẽ Hypo. ibi 2ª. (Aliq̃ñ h̃ farmacia) ibi 3ª (His. n. vo.) ibi 4ª Palã g̃.) ¶ De ꝑª dicit. ꝙ ip̃e est pro posse disputaturus de diuersitate eũonuꝫ prout ad medicos pertinet hoc debes artificial̃r facere. ¶ Dicit 2° ꝙ farmacũ aut eũat ab vno determinato mẽbꝛo. sicut eũo a capite tm̃ cuꝫ caputpurgio: aut eũo a pectoꝛe vt in diuersis modis sputoꝛũ aut cõcauo ventris vt cũ cauterio aquã hydropicoꝝ educẽte aut eũando ꝑ viã vꝛine supfluitatẽ in vijs existentẽ. ¶ De 3ª dicit. ꝙ eũonibꝰ nõ tm̃ corpꝰ purgat̃ eq̃l̃r. s. cũ farmaco: quia nõ idẽ hũoꝛes ꝑ vnũ farmacũ q̃ per alium eũant̃: ⁊ ita oĩno oẽs hũoꝛes ꝑ farmacuꝫ sil̃r eũant̃. sicut fit in quibusdã alijs eũonibus. vbi gr̃a. flõmia fluxu sanguis. s. emoꝛroidaꝝ aut nasi aut per istos oẽs q̃ttuoꝛ hũoꝛes educunt̃. sicut siml̃ in venis iueniunt̃. ⁊ sil̃r odm̃ de euacuatione facienda per exercitia calefactiones: fricationes balnea aque dulcis: aut balnea vini: aut sulphuris: aut picis actualiter humida aut ciboꝛũ abstinẽtia: qa omnia ista equaliter purgãt: quia oẽs humoꝛes. Nam siq̃s istas eũones expimẽtabit̃ iueniet vnã nõ multũ ab alia differre i eũando: sꝫ q̃libet oẽs hũoꝛes educit: sed i purgatiõe fluxꝰ aut vomitꝰ vr̃ inter vnũ ⁊ aliũ magna dr̃ia: qꝛ vnũ eũat q̃ñq꜠ tãtũ coleram: reliquũ q̃ñq꜠ tm̃ flegma. ¶ Ex h̃ collige ꝙ eũonũ quedã ẽ vl̃is: qꝛ a toto coꝛde eũat: ⁊ h̃ mõ eũo ꝑ farmacũ q̃ñq꜠ ẽ vl̃is. Alia vo dr̃ vl̃is totũ corpꝰ eũans vl̃r ⁊ eq̃l̃r: qꝛ quo ad oẽs hũoꝛes: ⁊ in h̃ dĩt eũo ꝑ farmacũ ab eũonibus q̃s h̃ Hypo. noiat. ¶ De 4ª pte dicit. ꝙ palã ẽ de quibus eũonibꝰ dixit Hypo. qꝛ de eũonibꝰ cum farmaco: q̃ nõ totũ corpꝰ purgãt equal̃r: sꝫ tñ idẽ intellexit in oibꝰ eũonibus. Nã intẽtio vna est ꝙ debent purgari nociui humoꝛes coꝛpoꝛi dñantes. tu hoc limita fm̃ modum dictum in secunda prime particule.

QVE POSSVNT INTELLIGI. Hic ponit signa humoꝛũ eũandoꝝ ⁊ diuidit̃ in q̃tuoꝛ. pꝛio ponit in gñe illa a quibus spãles significatiões sumunt̃: In 2° ponit vniuscuiusq꜠ trium humoꝛũ spãli signa. 3° addit quedam in gñali adiuuãtia ad significãdum. 4° enumerat euacuationes spõtaneas quasdaꝫ in quibusdã moꝛbis iuuãtes nos remittẽdo ad alia ibi secũda. (Si eni cutis.) ibi 3ª. (Adiuuant adhoc.) ibi 4ª. (De spontaneis.) ¶ De pꝛima dicit. ꝙ hũoꝛes peccãtes ⁊ coꝛpoꝛi dñantes possunt intelligi ex appentibꝰ in superficie corꝑis. 2° ex q̃litatibus sensibilibꝰ. 3° ex accñtibꝰ. 4° ex tempoꝛibꝰ anni. 5° ex regionibus. 6° ex etatibus. 7° ex cõpl̃onibus aeris. 8° ex natura. i. complexione infirmi. 9° ex sua dieta: ⁊ modi quibꝰ hec significãt: patẽt: sed inferiꝰ declarabit̃.

SI ENIM CVTIS. Nunc ponit spãlia signa hũoꝛum: ⁊ diuidit̃ in tres ptes. Pꝛima ponit signa dñij col̃e rubee. 2ª signa dñij mel̃ie. 3ª signa dñij fl̃atis. ibi 2ª. (Qꝫ autẽ de colera) ibi 3ª. (Similiter ẽt de fl̃ate intelligas.) ¶ De pꝛia istaꝝ ponit signa significãtia dñiuꝫ col̃e: ⁊ pꝫ addẽdo ꝙ qꝛ inuestigatio est fallax cũ ꝑfecti medici errent iudicãdo aliquid ex toto sil̃e qꝺ nõ est. Et ꝑ ꝯñs talẽ opõneꝫ fieri debere cũ non debeat. iõ fuit opoꝛtunũ aliq̃ signa sequẽtia eũationẽ ponere. ꝑ q̃ cognosceremus vtꝝ eũo bona fuerit an nõ: ⁊ sunt conferẽtia: ⁊ bñ tolerãtia: de qbꝰ statim pꝰ dic̃. ¶ De pte 2ª dic̃ ꝙ sicut ẽ dcm̃ de col̃a rubea ꝙ q̃dã signa significãt ipsam dñari idẽ intelligẽdũ ẽt de nigra: ⁊ pꝫ qꝺ dr̃. ¶ De pte 3ª dicit. ꝙ sil̃r sunt alia signa significantia dñium flegmatis: ⁊ illa ponit q̃ cum appent farmacũ purgatiuũ fl̃atis est dandum.

ADIVVANT AD HOC. Ponit signa gñaliter dicta adiuuãtia dicens: ꝙ etas infirmi ⁊ ꝯplexio: ⁊ regimẽ pꝛeteritum adiuuant ad cognoscẽdũ mãm peccantẽ. ⁊ sil̃r ars ⁊ regio fm̃ ꝙ iste sunt ꝓpoꝛtionate ad aliquẽ dictoꝝ hũoꝝ: sed cõferentia: ⁊ bñ tolerãtia nr̃am opõnẽ bonã eẽ ꝯfirmãt. Cõtraria vero erroꝛẽ detegũt. DE SPONTANEIS. Hic enumerat Gal̃. purgatiões in qbusdã moꝛbis iuuãtes positas ab Hyp. in aphoꝛismis: ⁊ remittit nos ꝓ alijs vidẽdis ad librũ epidimiaꝝ. ⁊ totũ pꝫ.

Aphoꝛismus. III.

SJ qualia opoꝛtet purgari: purgentur: ⁊ confert: ⁊ bene ferunt. Contraria vero grauiter.

¶ Si quale purgari opꝫ: tale purgatur: ꝓdest: ⁊ facile fertur. Si contra difficulter.

¶ Si qualia opoꝛtet purgari: purgentur: cõfert: ⁊ leuiter ferunt. Contraria vero grauiter

¶ Hũc aphm̃ tãq꜠ expositũ in p̃cedẽti vide pte: ⁊ in aphoꝛᵒ ꝑme. ⁊ ita vide cõmentum.

¶ Aphoꝛismus. IIII.

PUrgare quidem estate superioꝛa: hyeme vero inferioꝛa.

¶ Estate potius supꝛa: hyeme infra ducendum medicamentis est.

¶ Medicari estate superioꝛes magis: hyeme vero inferioꝛes.

¶ In isto aphõ due ponunt̃ cõclusiones. ¶ Pꝛima cõclusio est ista. Tẽpoꝛe estatis maxie sunt purgãda supioꝛa ꝓbat̃: qꝛ in illo tpe maxime abũdãt hũoꝛes ꝑ supioꝛa educibiles: puta col̃a leuis exñs. g̃ ⁊c̃. HYEME. ¶ 2ª cõcl̃o in hyeme sunt magis purgãda inferioꝛa. ꝓbat̃: qꝛ hyeme maxie abũdat hũoꝛ grauis ꝑ inferioꝛa educibilis: puta flegma fridum ⁊ humidũ. ¶ Circa hũc aphm̃ nota. Pꝛimo ꝙ estas sumit̃ tribus modis. vno mõ ꝓ medietate anni calidioꝛi: put ꝯtra medietatẽ fridioꝛis diuidit̃: ⁊ h̃ mõ ꝑs ṽis. i. finis ꝯiũgit̃ cũ estate: ⁊ ita ꝑnᵐ autũni: ⁊ h̃ mõ põt sumi h̃ vt in ꝯmẽto bŕ. 2° mõ sumit̃ ꝓ toto tpe excessiue cal̃o: ⁊ hoc mõ sumit. Aui. estatẽ. 2ª ꝑmi. doc. 2ª cũ dixit: ⁊ apud medicos quidẽ tp̃s calidũ ẽ estas ⁊c̃. 3° mõ sumit̃ ꝓ illa pte ãni in q̃ sol ẽ in aliq̃ signoꝝ triũ a ꝑnᵒ cãcri: vsq꜠ ad ꝑnᵐ ṽginis: ⁊ h̃ 3° mõ vtuntur astrologi: ad ꝓpoᵐ sumit̃ pꝛio aut 2° mõ. ¶ 2° nõ. ꝙ purgare intelligit̃ cum farmaco soluẽte. ¶ 3° ꝙ purgare superioꝛa põt itelligi tribꝰ modis. ꝑ qꝛ eũatio faciẽda ꝑ vomitũ ẽ. 2° q̃ eũo faciẽda est hũoꝛis leuis apti supius stare. 3° qꝛ fiat eũo mẽbꝛoꝝ supioꝝ. duobꝰ ꝑmis mõis itelligit̃. ⁊ tũc cã ꝑmam ꝯcl̃onẽ v̄ificãs ẽ: qꝛ in estate mõ dicto maxie abundat col̃a cal̃a ⁊ sicca ꝓpoꝛtionata estati. Et qꝛ talis ẽ hũoꝛ leuis ⁊ ẽt aptus ꝑ vomitũ educi. iõ vtroq꜠ mõ verificat̃ ꝙ estate purgãda sunt supioꝛa. ¶ Ultrio nõ. ꝙ qꝛ in ista ꝯcl̃one vr̃ itelligi ꝯꝑatio hyemis ad estatẽ in purgãdo supioꝛa, iõ itelligit alioꝝ posita ꝑitate. Nã dispitas posset facere plus col̃e esse in hyeme in dato coꝛpe: eꝫ aũt v̄ificat̃ ꝯcl̃o 2ª ⁊ totidẽ ꝓpoꝛtionãda sunt ibi notãda.

¶ Cõmẽti Gal̃. expositio.

C Qui in medicamentorum potio/ Theo.
ne non sitiuut cuꝫ purgantur: q non
desinunt prius q̄ꝫ sitiant.
C Qui in medicamentis purgati: nō sitiunt: nō Leoni.
quiescunt priusq̄ꝫ sitiant.

C Conclusio aphorismi est ista. oēs q per farmacū duꝫ pur/
gantur non ꝑducunt᷑ ad sitim non debent qescere donec: si/
tiant purgare: qꝛ purgatio non est cōpleta donec sitiāt. Sꝫ
non debēt qescere ante cōplementū purgationis. ergo ꝛc̄.
Assumptū statim fiet clarū. Silis snia colligit᷑ 4ª primi. ca
pitulo 4°. C Circa aphorismū nota primo intelligi vt su/
pra de formaco electe euacuando. C Nota 2° ꝙ sitis fit ex Nō p.
ꝯsumptione humidi roridi in ori stō': ꝛ qñqꝫ ex nimia eius A
calefactione qd̄ pōt ꝯtingere aut merito nālis cōplexionis 2°
puta cum est calida vel sicca aut in potatiōe farmaci ꝓpter
qualitatē farmaci sicut in potu medicine vehemēter acute

sicut est euforbiũ: aut ꝓpter humores acutos ad os stõⁱ cur
rẽtes. sic cũ farmacũ attraheret cholerã rubeã ⁊ quolibet
istoꝝ triũ modoꝝ sitis adueniẽs post potum farmaci nõ si
gnificat cõplemẽtũ purgationis: qñꝙ vero seqtur farma
ci euacuationẽ. Nã medicina. primo trahit hũores ad stõᵐ
illis aũt trãseuntibus per stõᵐ ꝓhibetur sitis ꝑ eoꝝ presen
tiam: qꝛ tenẽt locũ humidi roridi: aut qꝛ ipsius ꝓhibẽt dis
solutionẽ sed postꝙ sunt a stomacho euacuati ⁊ humiduꝫ
etiã roridũ stomachi subseqũẽter ita vt sitis sequat̃ signuꝫ
est ꝙ farmacũ cõplete operatũ fuit: ⁊ hᷓ sitis est illa de q̃ lo
quitur hypo. Nã qñꝙ corpora ad sitim nõ ꝑducunt̃ signifi
catur ꝙ adhuc farmacũ nõ cõplete humores quos ad sto
machũ traxit euacuauit. ¶ 3° nota plura alia signa esse cõ
3° plete opatiõis farmaci. s. leuitas. qes somn⁹ ⁊ pleraꝙ alia.
de qbus vide 4ᵃ p̃¹. Sed hic solũ fecit mẽtionẽ de siti: qꝛ est
forte signũ magis ãbiguũ vel qꝛ voluit. ¶ Nõ 4° ꝙ apho
4° rismũ totũ in trib⁹ modis possum⁹ itelligere. vno mõ ꝙ su
mentes farmacũ ⁊ in eius opatione nõ sitiẽtes nõ qescãt. s.
nõ desistant tpe ꝯgruo a farmaco donec ad sitim ꝑducant̃.
¶ Secũdus sensus est ꝙ talis nõ qescat immo localr̃ mo
neat̃ quousꝙ sitiat. ¶ Terti⁹ sensus est ꝙ nõ agat ad ꝯstrigẽ
duꝫ catarticũ nisi sitiat: ⁊ hꝫ ṽitatẽ maxime hᷓ 3° mõ. ¶ Ex
qbus oĩbus ꝯferri dꝫ ꝙ corpe ꝑ viaꝫ euõnis farmaci ad si
tim ꝓducto dꝫ qetare farmaci opationẽ vt colligit̃ 4ᵃ p̃¹ de
hora qua catarticũ est ꝯstringẽdũ. ¶ Cõmẽti Gal. expõ.

Quidam. Gal. in cõmẽto p̊ ponit vnã di
stinctionẽ declarãdo eius mẽᵃ.
2° oñdit q̃ sitis ẽ illa quã itẽdit hyp. ibi 2ᵃ i fine.
(Si aũt nimie.) De p̃ᵃ dicit ꝙ qdã sᵗ ꝙ statiꝫ bi
bito farmaco sitiũt: qdã ṽo nõ. p̃ᵐ aũt ꝯtigit tri
bus d̃ cãis: p̃ᵃ qꝛ cõplo stõⁱ sit calˀa vel sicca aut silr̃ calˀa ⁊ sic
ca. 2ᵃ est: qꝛ medicina sit mltũ calˀa acuta. 3ᵃ cã: qꝛ hũor q ad
stõᵐ ducit̃ sit multũ calˀs acutus: ⁊ de siti hᷓ mõ ꝯtingẽte nõ
itẽdit hypo. sꝫ aliȷ̃ qbus ꝯ̃ria insunt. qꝛ nec caliditas nec sic
citas ex ꝑte istoꝝ triũ nõ statiꝫ sitiũt. ¶ De ꝑte 2ᵃ dicit ꝙ ẽt
ꝑ nimiã euõnẽ. i. ꝑ cõpletã euõnẽ seqtur sitis: ⁊ de hac itelli
git hypo. põt aũt dici nimia: qꝛ nõ euacuat̃ tot⁹ humor pur
gãdus qñ aliqd de nãli humiditate euacuet̃ est ergo nimia
respectu illius partis sed tñ est cõpleta qꝛ nihil relictuꝫ est
de humore ꝑ farmacum attracto. ¶ Apho. XX.

Non febricitantibus existentibus si fiat
strophus: vel genuum grauitas: ⁊ lũ
borum dolor: deorsum pharmacia in
Theo. digere significat.

¶ Si tormina acciderint nõ febricitãti: ⁊ genuũ
grauitas: ⁊ lumboruꝫ dolor: purgatione infra
Leoni. opus esse significatur.

¶ Non febricitantibus si tormina acciderint: ⁊
genuum grauitas: ⁊ lumborum dolor: purga
ri inferius oportere significatur.

¶ Cõclusio aphorismi est ista. Scrofus ⁊ genuũ grauitas ẽt
lũboꝝ dolor accidẽtes corporibus nõ febricitãtib⁹ signãnt
Nõ p̊. corpus indigere medicina secessiua: ꝓbat̃ ꝯclõ: qꝛ signãnt
2° corpus abũdare in humoribus grauibus deorsum educẽ
tibus: ergo ⁊c̃. ¶ Circa aphorismũ nota p̊ ꝙ dr̃ nõ febrici
tantibus sili cã vt in 7°. ¶ Nota 2° ꝙ genuuꝫ grauitas est
3° aut dolor in genibus grauatiuus cũ multa mã: aut eoꝝ im
potẽtia ad motũ accidit aũt impotẽtia mouẽdi plurimũ in
4° genu ꝑcipi qꝛ est locus multi laboris in ambulãdo. ¶ Nõ
3° scrofum signãre dolorẽ intestinoꝝ ex mã corpulenta aut
vẽtosa in intestino pẽdẽtẽ. ¶ 4° nota ꝑ dolorẽ lũboꝝ intelli
5° gimus dolorẽ accidentẽ in directo renũ iuxta lũbos vel in
lũbis ipsis existẽs qbus renes adherẽt: ⁊ pẽdent silˀes do
lores plerũꝙ ex mã ꝗui flatica. ¶ Nota 5° ꝙ meⁿᵃ laxati
ua qñꝙ dat̃ ꝑ euacuatione tm̃: qñꝙ aũt cũ intẽtione ad di
uertendũ: vt dictũ est. Et hic intendimus de medicina que
gratia euacuationis exhibet̃. ⁊ tunc pꝫ aphorismi verifica
tio. qꝛ in istis casibus signũ est mãm peccantẽ esse graueꝫ.
¶ Cõmẽtũ claꝝ ẽ ⁊ nihil difficultatis ꝯtiet. ¶ Aph. XXI.

Egestiones nigre: vel quasi sanguis:
sponte venientes: ⁊ cuꝫ feb. ⁊ sine feb.
pessime: ⁊ ꝙ̃tumcũꝙ fuerint colores
plures: magis malum. Cũ pharma
co vero melius: ⁊ quãto plures fuerint colores:
non malum.

¶ Deiectiones nigre: modo sanguinis atri: spõ
te venientes: siue cum febri: siue sine febri: pessi
me sunt: ⁊ quo plures sunt praui colores: eo pe
ius. Sed si ex medicamento tales egerũtur: me
li⁹ est: ⁊ quo plˀes nõ praui colores sᵗ: eo melius.

¶ Deiectiones nigre: qualis est sanguis niger:
sponte venientes: siue cuꝫ febre: siue sine febre:
pessime: ⁊ quanto colores magis praui fuerint
plures: peius. Cuꝫ medicamẽto vero melius:
⁊ quanto colores plures non praui.

¶ In isto aphorismo Hypo. ponit significationes ex quadã
manerie egestionũ ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit istas
significationes ex egestionibus talibus venientibus spon
te. secũdo ex silibus cum farmaco eductis. ibi scd̃a (Cũ far
maco) In parte p̃ma itendit duas cõclusiones. ibi scd̃a (Et
ꝙ̃tumcũꝙ) p̃ma ꝯclusio est ista. Egestiones nigre sicut san
guis sponte euenientes: siue corpus fuerit cũ febre siue nõ
sunt pessime: ꝓbatur qꝛ per tales significatur: aut icendiuꝫ
aut caloris naturalium membroꝝ mortificatio cum p̃nã
plurime valde peccãtis materie. ergo ⁊c̃. tenet ꝯ̃ntia qꝛ est
nota ⁊ assumptum per notabile erit manifestum. ¶ Circa
aphorismum nota. Primo ꝙ hic per egestionẽ itelligimus
generalr̃ cuiuscunꝙ rei corpulente exitum ab itestinis per
viam ani. ¶ Nota 2° ꝙ egestionum nigrarum ab Auicen.
14. tertiȷ̃ tracta. 4. caplˀo p̃mo quatuor modi ponuntur. s.
nigra subtilis. ⁊ ista est ꝓpter meliam preter naturaꝫ facta
ex adustione melie subtilis aut cho. ru. scd̃a est nigra melia
vitellina que est melia vitellina grossa genita per adustio
nem melie naturalis. 3ᵃ est carnosa ⁊ ista est caro epatis. lꝫ
cõiter in textu iueniat̃ caro stomachi. 4ᵃ est nigra sicut fex.
nigra autem sicut fex est nigra: sed grossa apta ad standuꝫ
in fundo ad modum fecis. ⁊ differt in grossicie aut nigredi
ne a subtili. ¶ Sed nigra melancolia differt qꝛ ista nõ par
ticipat acredine nec super terram bullit: sed melancolia sic
vt itelligitur p̃ma p̃mi. caplˀo de humoribus. Differt auteꝫ
a carne qꝛ ista est in forma humorali non coagulata coagu
latione carnis. ¶ 3° nota ꝙ egestio nigra sicut fex debet
esse grossa nõ habens taleꝫ acredinẽ ⁊ sup terrã bulliens:
⁊ ista non est solum vnius modi ĩmo multoꝝ. quedam. n.
est per ꝑmixtionem humoris melici naturalis. quedam ex
adustione sanguis. quedã ex cõgelatione ⁊ frigore: vt col
ligi põt de egestiõe nigra p̃mo de crisi. caplˀo 2° sed illa que
est ex permixtione melie naturalis aut ipsa est melia pura
dum modo cũ ea nõ sit sanguis: dr̃ absolute nigra. illa ṽo
que est sanguis ꝑ adustionẽ denigratus aut ꝑ cõgelationẽ
dr̃ nigra sicut sanguis. Et de hac intẽdit dictũ hypo. in isto
loco. ⁊ ꝓpter hanc cãm addidit qualis sanguinis vt osten
deret se non intelligere de egestione pura nigra. Et differt
ista in colore a p̃cedente: qꝛ ista hꝫruborẽ obscurũ ꝑmixtũ
cũ nigredine. illa vero est sine rubore tali. ¶ Quarto notã
dum ꝙ cãe nigre fecalis lꝫ ad istas tres reduci possunt tñ

ab Auic. tangunt ſex loco allegato. Prima eſt eruptio du/bellati ſiue exiture ⁊c. cuius ſanies ſit nigra: ſcḋa eſt aptio opilationū. q̄n. ſ. ex opilatiōe mā fuerit retēta in venis epa tis. ⁊ hoc mō ibi aduſta. Sed illis apertis expellat̄ 3ª cā eſt excoriatio ſiue vlcera mala. 4ª eſt aduſtio ſanguis. 5ª eſt fri/
5° gus cōgelans ſanguinē. 6ª eſt debilitas epatis. ¶ 5° nota ꝙ ſpōte veniens egeſtio pōt intelligi duobus modis. vno mō q2 egrediūtur ſine ſpāli adiutorio rei exterioris vt cibi vel farmaci aut alterius rei: ⁊ hoc ſiue ſubito ſiue multotiēs ⁊ ſucceſſiue ſiue preapparētibus ſignis digeſtionis ſiue non: q̄nq3 vero dr̄ ſponte veniēs: q2 apparēs ante ſigna digeſtio nis ⁊ pſeruās inueniendo: ⁊ hoc 2° mō maxime verificatur
6° aphoriſmus. ¶ 6° nota ꝙ egeſtio nigra feculēta q̄ appet in eruptiōe dubellati aut in aptione opilationū: nō appet poſt multū tp̄s imo quaſi ad modū criſis. Et iō de iſtis nō inten dit hyp. ¶ Egeſtio aūt nigra q̄ eſt p aduſtionē aut p cōge lationē iſte pñt appere poſt multū tp̄s ⁊ an̄ ſigna digeſtio/ nis: illa vō que ſeq̄t vlcera vbi pſeuerāter ſit nigra eſt mor talis pp malignitatē vlceris in iterioib⁹. Sed illa que ſeq tur debilitatē epatis pp quā permiſcet̄ melia cū ſanguine: aut ſit pp nimiā aduſtionē aut pp nimiā cōgelationē ⁊ mul titudine taliū māeꝝ. Nā ⁊ ſi cū ſan. humoꝛ melic⁹ pmiſcet̄ virt⁹ nō mouet̄ ad ipſum ſeceſſu expellēdū niſi pp plurimū nocumentū: cū nō ſit digeſtio p̄cedēs. Et iō nō ex q̄libet tali debilitate ſit digeſtio nigra dicta: ſ3 q̄n multa fuerit ⁊ māe multa malignitas. ¶ Ex iſtis p3 ꝙ q2 Hypo. loqtur de ege ſtione nigra q̄lis ſanguis q̄ eſt feculēta ⁊ iſta accidit ſex mo dis tactis ab Auicen. q ad tres tactos a Gal. pmo de criſi reducunt: ⁊ egeſtionū iſtis ſex modis veniētiū illa que eſt pp aptionē dubellati aut pp opilationū aptionē nō dn̄r ve/ niētes pprie ſponte. Reliq aūt iſtoꝝ q̄tuoꝛ modoꝝ ⁊ iſtaꝝ egeſtionū cū veniūt pſeuerādo puta ſiue pp vlcera ſiue pp aduſtionē: ſiue pp cōgelationē ſiue pp debilitatē ⁊ an̄ ſigna digeſtionis nec̄io ſignificāt moꝛtē: iō oēs tales de q̄bus hy po. loqtur nec̄io ſignificāt moꝛtē. ¶ Ex quo ſeq̄t iſtas ege ſtiones quo ad id qḋ ſignificāt eſſe peſſimas: q2 vehemēter mala ſigna: l3 aliqua poſſent eſſe peioꝛa: q2 citioꝛē moꝛtem vel cū ſeuioꝛibus accidentibus ſignificantia.

Dubitatur p̄ ſine argumento vtrū iſte egeſtiōes nigre de q̄bus lo quit̄ hyp. ſint de melia nāli ſiue p̄ter nām. Rn̄ det̄ ꝙ ppria mā iſtaꝝ egeſtionū eſt maſſa ſan guinea vel aliud in quo dn̄atur ſanguis. Et iō ſint q̄lis ſanguis. S3 h totū aut p ſanguinis putrefactionē aut ɔgelationē eſt factū ad nigredinē tēdēs: pōt aūt ſplene nō mūdificāte epar accidere: q2 tunc aut accidit cōgelatio: aut putredo aut aduſtio. Ex quo p3 dr̄ia inter iſtas ⁊ fel ni grum ⁊ cholera nigram.

Secundo ſolet dubitari vtrū oēs egeſtiones nigre q̄lis ſanguis ſpōte veniētes ſunt peſſime cū fe. ⁊ ſine fe. ¶ Negatiue arguit̄ ſic. ſanguis niger p emo roydas egritudines. an̄ ſigna digeſtiōis eſt bonus. ergo ⁊ egeſtiones nigre. t3 ɔn̄a: q2 nō eſt rō quare iſte ſunt malu3 ſignū magis q̄3 ſanguis p emoroydas egritudies: ⁊ aſſum ptū eſt Gal. ⁊ hypo. paulo poſterius cū dr̄. ſanguis q̄dem ſurſum ⁊c. ¶ 2° ſic. iſte egeſtiones ɔſequnt̄ epatis calidita tem aut frigiditatē. ſed iſte non ſunt moꝛtales. igit̄ ⁊c. ¶ 3° iſte ſequnt̄ debilitati ſplenis mūdificationē. l3 ſplenis de/ bilitas nō ponit̄ moꝛtalis egritudo. ¶ 4° iſte aut ſequnt̄ aptionē opilationū aut dubellati: ⁊ iſte nō cōparant̄ ad ma lum cū eas ſequatur leuitas vt 4° tertij. tractatu ⁊ ca° de du bellati. ⁊ capitulo de opilationibus.

In oppoſitum eſt hypocras.

Iſtud dubiū poſſet lōgius fieri repetēdo multa dicta: ſed vt expediat̄ ſuppoſitū eſt p egeſtiones nigras q̄lis ſanguis itelligi egeſtionē feculētā nigra3 cū qua tn̄ eſt ſanguis rubedo. ¶ Suppono 2° ꝙ nō dicant̄ ſpōte veniētes niſi incipiētes an̄ ſigna digeſtionis ⁊ diu pſeuerantes. ¶ Suppono 3° ꝙ natura ante digeſtionē tales māes nō expellit p ſeceſſu3 niſi ſinthomatice. Et p ɔn̄s multo ex̄ñte eoꝝ nocumēto. tunc pono cōcluſionē ꝙ l3 ali que egeſtiones nigre qualis ſanguis a nā expulſe non ſint peſſimū ſignū. Omnes tn̄ tales ſpōte veniētes ſunt ſignu3 moꝛtis: p̄ª pars p3 ex cōmēto. 2ª ex notatis in aphoꝛiſmo.

Ad argumenta in oppoᵐ. Ad p̄ᵐ neget̄ ɔn̄tia. Nā nō talem conatū expectat̄ expulſio p emoroydas q̄lem expulſio ſanguinis p iteſtina. ¶ Ad 2ᵐ ⁊ 3ᵐ dr̄ i. las ɔclōnes epatis ⁊ debilitatis ſplenis factas eſſe moꝛtales cū pp eas ſequat̄ egeſtio nigra modis dictis. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ ille q̄ ſequnt̄ apertionē dubellati aut opilationū nō ſunt ſpōte veniētes ad ſenſum datu3.

¶ **Et q̄ītūcunq3.** Scḋa ɔ̄ aphoꝛiſmi eſt iſta. Egeſtiones nigre dicte q̄ītūcūq3 ſīt ɔiūcte plibus alij coloꝛib⁹ eſt magis malū. pbat̄. q2 tales egeſtiōes cū ſint pluriū coloꝝ ſignant māᵐ malignā amplioꝛē ⁊ magis etherogeneā: ⁊ minus a v̄tute ſupabilē. ¶ Circa quā ɔclōnē nota p̄. ꝙ nō eſt inten tio hyp. ꝙ ſemp egeſtio pluriu3 coloꝝ eſt deterioꝛ q̄3 nigra de qua dictū eſt. S3 vult ꝙ egeſtio nigra qualis ſanguis a dn̄io ɔiuncta plurimis coloꝛibus eſt magis mala q̄3 ſi eſſet pure nigra. ¶ Nota 2° ꝙ iſtas ɔ̄nes q̄dā verificāt: vt Tha deus ⁊ Marſilius ⁊ quaſi oēs ſeq̄ntes trib⁹ ſeruatis ɔdi tionib⁹. vna: ꝙ iſte egeſtiōes multoꝝ coloꝝ ſimul appeant ⁊ p h tollit̄ inſtātia aphoꝛiſmi ſcḋe particule. in vētris flu xibus. ¶ 2ª ɔditio: ꝙ appeant pſeuerāter ⁊ p h excludit̄ ege ſtio cretica multoꝝ coloꝝ. ¶ 3ª ɔditio ꝙ in iſta egeſtione ni gra multoꝝ coloꝝ ſit tāta ps nigra quāta eſt tota pura ni/ gra ita ꝙ includat maliciā nigre ⁊ cū h ſignificet abūdātiā alioꝝ maloꝝ humoꝝ: ⁊ ſine dubio hoc modo intelligendo ɔcluſio eſt vera. verūtn̄ q2 Gal. in cōparationib⁹ ſupponit paritatē exceptis illis in q̄b⁹ ſit cōparatio. ⁊ h cōparat̄ ege ſtio nigra cū multis coloꝛib⁹ egeſtiōi nigre vni⁹ coloꝛis: iō puto intelligi paritatē in q̄ītitate eius ꝙ egredit̄ in vtraq3. ¶ Hāc aūt paritatē ponēdo ēt vr̄ mihi vā ɔclo loquendo de ſif veniētib⁹ ⁊ an̄ digōnē. Nā q2 digeſtio cū eſt multoꝛū coloꝝ: iō ptes eius nō fuerūt ita cōmixte q̄n q̄libet eaꝝ p pria nocumēta iferret nec ex illis ita vnū agēs ſtimulās cō ſtituebat̄ q̄n poſſet nā ɔ̄ vna3 māᵐ irritari ea non irritata ɔ̄ alia3. Et ideo ſi nā irritat̄ vt an̄ digeſtionē cogat̄ expelle/ re talem humoꝛē ſeq̄t ꝙ q̄libet illoꝝ peccat multū ⁊ mul/ tu3 aggrauat virtutē. Et iō ſi nā expellit gratia exēpli. 3. 8. de mā nigra ⁊ quatuoꝛ de citrina ſignificat̄ ꝙ ta3 de nigra q̄3 de citrina ita multū eſt ⁊ tante malicie eſt vtraq3 illaru3 per ſe ꝙ virtus eius nocumentū nō potēs tolerare mouet̄ ſinthomatice ad expellēdā. Et iō eſt deterius ꝙ ſi ſolam ni gram hoc mō ſignificaremus ibi eſſe. ¶ Et ſi dicat̄ min⁹ ex pellit de nigra q̄3 ſi pura nigra expelleret̄. ergo minoꝛ ſigni ficat̄ eius quātitas. Negat̄ ɔn̄a. Na3 minoꝛ quātitas egrē diens ɔiuncta cū alio coloꝛe ſignificat virtutē grauari ⁊ di uerti ab opatione ab alio humoꝛe ⁊ minus poſſe alijs parti bus de nigro expellere etia3 ſi quantitas de illo in coꝛpoꝛe inueniatur. Tu vero hunc modu3 cōſidera. ¶ Ex quo p3 etiam concluſionis apud intelligentes verificatio.

¶ **Cū farmaco.** Cōclo p̄ huius 2ª partis eſt iſta. Egeſtio nes egredi nigras eſt melius cū farmaco q̄3 ſponte venire. ɔcluſio pꝛobat̄: q2 hoc nō ſignificat tantā maliciā māe que euacuat̄. igitur ⁊c. aſſumptū p3. q2 māᵐ nō ſtimulātē pōt farmacia educere. ⁊ q2 etiā talis mā non ſemp tn̄ eſt mala vt virtus ſinthomatice eam expellat.

Hic queritur vtrū intelligat de egeſtiōib⁹ nigris qualis ſanguis de q̄b⁹ ſupꝛa dictū eſt ꝙ ſic vr̄ de mō loquēdi hypo. Nā dicit cū farmaco vō melius ⁊ nihil aliud addit. ergo refert̄ ad p̄cedentē. ¶ Q̄

nō arguit: q̄r farmacū nō h̄z tales mās educere cū fin: sanguinee: vt pz supra. ¶ Hic rñdet duob⁹ modis. vno mō φ h̄ solū itelligit nigras vt melācolicas ⁊ istas meli⁹ est egredi cū farmaco q̄z nigras q̄lis sanguis. 2° mō pōt ēt intelligi de eisdē h̄z spēm dicēdo φ farmacū pōt talē mām educere aut efrenitādo aut ēt ꝓpterea φ ꝓprietas respicit melācolicū hūorē ⁊ aliū melicū nō iueniēs nisi sanguinē mixtuz: ita educit eo mō q̊ dixi i pticula 2ª. illo apho. sana hñtes corpa.
3° ¶ Nō 3° φ hic intelligit melius abusiue: q̄r minus maluz.

¶ Et quanto ꝯ̊ 2ª 2ᵉ ptis aphorismi est istā. Nō opz si plurimi colores egrediunt cū egestiōe nigra cū farmaco h̄ esse peius q̄z si simplex egrediat. ¶ Ista ꝯ̊ ꝓbat q̄r nō opz ex h̄ significari amplius dñiuz maloꝝ humoꝝ q̄z si solus niger egrederet. g̊ ⁊c. ꝯña ⁊ assumptū stati declarabit. ¶ Circa hūc locū ꝯsidera φ q̄dā ponūt ꝯ̊nē alio mō. s. quāto multitudo coloꝝ māeꝝ euacuataꝝ vi farmaci est amplior tanto ē min⁹ malū. ꝓbat. h̄ talis mltitudo sigñat cōplemētū mūdificatiōis corpis. g̊ ⁊c. v̊ificat āt h̄ 2° mō q̄r itelligūt qñ isti colores mlti appent successiue nō sil: ⁊ tūc sigñant nām cōplete malā mām eduxisse. ¶ Sz exponēdo mō meo nō dico φ nec̄io fit meli⁹. Cōstat. n. φ mltis eductis qñq̧ sigñat maior corpis ipuritas vt si cū hac multitudine adsunt leuitas ⁊ bona tolerātia: qñq̧ aūt sigñat vt isti dicūt veꝝ cōplemētū purgatiōis. ¶ Sz ego dico h̄ nō esse nec̄io deteri⁹ signū q̄z si pura nigra educat. nā lz isti hūores educant nō tñ sigñat eos esse ita mltos ⁊ malos vt sigñat qñ spōte venit añ digestionē: ⁊ pz φ h̄ nō cadit illa rō quā ibi dixi in q̄ōne 2ª hui⁹ aphorismi. ¶ Et colligit hui⁹ snīa 4ª 3ᵗ. tracta. 4° ca° 2° ⁊. 10. Almā. ⁊ 7° ꝯtinētis. ca° 3°. ¶ Cōmēti Gal. expō.

Nigras egestiones. Gal. in isto cōmento p̄ exponit pmā ꝯ̊nē. 2° tres alias. ibi 2ª in fine (Cū accepta) p̄ª in tres. p̄ expōit dictiōes aphorismi. 2° ponit ꝯdōnē reqsitā ad v̊itatē ꝯ̊nis. 3° obijcit ⁊ soluit ꝯ̈ hypo. 2ª ps icipit ibi (Nos aūt) 3ª ibi (Q̄ꝫ tñ hyp.) Pria oñdit de qb⁹ nigris itēdit dādo eoꝝ cāz ⁊ q̄re dixit q̄lis sanguis. ibi 2ª (Qualis sanguis) ¶ De p̄ª dicit φ egestiones nigras itelligit hyp. mō antiquoꝝ nō spēs colere nigre s. genite p viā adustiōis q̄r iste egestiōes nigre nōdū hñt illā acredinē quā hñt colere nigre. Sed st̄ egestiōes ad mo^m fecis grossi vini rubei q̄ cū diu seruant ⁊ adurunt ex eis gñat cholā ⁊ assignādo cām dicit: φ splen mūdificat sanguinē illum nālr trahēdo ⁊ nutriēdo se ex eo quo ad ptē meliorē ⁊ residuū trāsmittit ad stō^m cū fecib⁹ expellendū. Et iō qñ ex aliq̄ cā splē nō mūdificat epar de hō grossicie ⁊ epar mltas tales retineat: tūc qñ epar pp defectuz nō pōt istas retinere ampli⁹: tūc iste exeūt cū egestiōib⁹ q̄s Hyp. h̄ dixit nigras. ¶ Et tu ex h̄ collige p̄ φ mā taliū egestionū est sanguis saltem a dñio: ⁊ solue si ex isto dicat φ intelligat istas nigras egestiōes accidere sine adustiōe sanguis aut ifrigidatiōe vt sup̄ in apho. Nā nō q̄litercūq̧ deficiēte mūdificatione splenis fiūt iste egestiōes. QVALIS SANGVIS. Fac̄ q̄ō dcm̄ est ⁊ diuidit i duas. Nā p̄ facit h̄. 2° remouet vnā falsaz opinionē circa mo^m gnōnis istaꝝ. ibi 2ª (Qui. n.) dic̄ p̄ φ dixit q̄lis sanguis ad declarādū φ iste egestiōes st̄ q̄si sanguis nigrescēs. QVI ENIM. Hic fac̄ φ dixit attēdēs φ illi q dñt hūc sanguinē fieri nigrū pp morā in itestinis male cogitāt: nā q̄r sanguis pauco tpe in itestino morat. iō i tā pauco tpe nō denigrat ex rubedine v̊a sanguis pmutat⁹ q̄r in stō^a nō tā cito mutat ⁊ h̄ voluit dicere cū dixit. ipole. n. est egestionē mō eē nigrā ⁊ mō. i. statim aut esse rubeā: q̄r ista egestio nō sic pmutat in notabili tpe quāto magis in pūo quo est in intestinis. NOS AVTEM. Ponit ꝯdōnē reqsitā dicēs φ in q̄dā pestilētia vidit multos cū illa egestiōe ⁊ nō plures fuerunt mortui q̄z liberati: q̄r illi qb⁹ in statu ille egestiōes apparuerūt st̄ liberati sz qbus appuerūt añ statū st̄ mortui ꝯ in saluādis aūt in pn°: aut appuerūt citrinissime aut rubicūde pp epatis calitatē. Sz qñ i statu iste egrediunt sigñant putrefactionē ⁊ nimiā itēsionē: sz q̄r est cū victoria v̊tutis liberant: sz isti a pn° appētes st̄ mortales ⁊ male cū sigñent magnā epatis passionē. Cū aūt appent post statū aliqñ st̄ bōe q̄r sigñant nāz posse hūoribus p̄ualere ⁊ eos posse a corpe pellere. QVOD TAMEN HYPO. Arguit ꝯ̈ hypo. ⁊ soluit trib⁹ modis arg^m est q̄r hyp. nō distixit h̄ de appētib⁹ in pn° vel statu q̄ō debuit facere. Rñsio p̄ª est φ dz itelligi p̊ ex mltotiēs dcis: q̄r sepe dcm̄ est nāz nō posse bonā euōnē añ statū facere. 2ª solō φ h̄ p̄t itelligi ex apho. seq̄nte: vbi dicit: egritudinib⁹ qbuscūq̧ icipiētib⁹ ita φ h̄ ad ambos apho. pticipat. 3ª solō φ ipse dedit h̄ itelligi p h̄ q̄ō dixit sponte venietis. Nā illō totū v̄r sigñare egritudinē pseuerāter venientem ⁊ nō ad modū crisis. ¶ Et nō φ h̄ trāslatio ꝯstātini facit vim supra verbuz spōte sed trāslatio burgundionis sup verbū veniētes ⁊ forte hoc totū spōte veniētis ita in greco significat. CVM ACCEPTA. Ista ps 2ª est manifesta per se ⁊ ex dictis circa aphorismū. ¶ Apho. XXII.

Egritudinibus quibuscunq̧ incipientibus / si fel nigrum / aut sursuz: aut deorsum exierit: mortale.

¶ In quocunq̧ morbo incipiente: si attrabilis: vel supra: vel infra exierit: letale est.

¶ Morbis quibuslibet incipientibus: si attrabilis: vel supra: vel infra exierit: letale.

¶ Conclusio. in quarūlibet egritudinū in pncipio fel nigrū sursum aut deorsum egrediens est signū mortale ꝓbat: q̄r significat abūdantiā valde maligne māei cui virtus dñari non poterit. igit ⁊c. statim patebit assumptuz. Concordia aphoris. huius est sicut precedens. ¶ Nota igit primo hic mentionē esse de egritudinibus a cholera nigra pendentibus. Nā staret φ in declinatione egritudinis a cholera nigra pēdētis esset pncipiū alterius egritudinis in quo q̄zuis egrederet fel nigrū a corpore: non esset mortale signum. ¶ Nota 2° φ hic dñr egritudines incipe: qñ sunt in suo pn° vl̄ quo ad materiei digestionē. ¶ Nota 3° φ hoc nōmē fel qñq̧ sumit ꝓprie pro cholera nāli in chisti fellis genita: pp vtilitatē ⁊ necessitatē positas. p̄ª primi. ca°. de humoribus. 2ª sumit p chisti in qua ista ꝯtinet 3° sumit p cōi ad choleraz rubeā dictā ⁊ oēm aliū humorē siccū a dñio p adustionem genitū. ⁊ hoc mō sumit hic. ¶ Nota 4° φ hoc nomen fel nigrū dr̄ tm̄ de melā adusta genita p adustionē colere rubee: aut melē grosse: aut melē subtilis: ⁊ ista etiā dr̄ cholera nigra. ¶ Nota 5° φ ista nigra cholera est inter humores quasi pessima vt patet prima primi. loco allegato: ⁊ iō si in pn° morbi emittat a nā est signū φ plurimū abūdat anteq̄z nā in expellendo expectaret digestionē: modo hoc nō facit ꝓpter fortē lesionez. Cum aūt talis humor ita abūdat virtus necessario succūbet. ¶ Nota 6° φ opz istas egestiones pseueranter apparere ex quo apparet aphorismi verificatio. ¶ Ultimo nota φ fel nigruz cōiter p quatuor loca solet emitti. aut p anū: aut mingēdo: aut vomitu: aut sputo: ⁊ p quēcūq̧ hoꝝ egrediat ante digestionē est signū mortale: q̄r significat vehemēs incendiū: aut in mēbris nālibus aut in spūalibus: ⁊ q̄r significat talis ita māe maligne dñiū magnum ⁊ ꝯtingit φ iste exitus sit malus per viam signi ⁊ per viam cause. ¶ Cōmenti Gal. expositio.

In aphorismo. Cōmentū pñs diuiditur in duas ptes. Prio ponit habitudinē istius aphorismi ad p̄cedentes ponēdo intētionē suā. 2° verificat aphm p cām. ibi (Dum inquā) De prima pz q̄d dicat. DVM INQVAM. Uerificat ⁊ diuidit in. 4. primo ponit p̄ambulū. 2° ꝯfirmat auc̄te hyp. i alio li. 3° oñdit q̄d significans mali

cant mali humores post signa digestionis expulsi. 4° dat ve ram aphi sniam ꝛ cām veritatis. ibi 2ª (Sicut hypo. in pª) ibi 3ª (Si aūt post (ibi 4ª (Si vero econtra) ℭ De prima di cit ꝙ nulla purgatio quā facit nā in morbi initio est ꝫm cur sum nāe: imo sunt accidētales ꝑꝑ qualitatē māeꝝ dn̄antiuz in morbo q̄ v̄tutes ita stimulāt vt relicto ordine suo exorbi tando expellat an̄ digestionē. Et rō ad h̄ est: q2 purgationē ordinatā a nā factā dz p̄cedere digestio ꝛ separatio nociti ui a iuuatiuo. Modo ipossibile ē nām talē suū cursuz serua re: cū maxie grauat a morbo: ꝛ nihil de mā ē digestū. Et tu hoc cōsidera vtrū in p̄nº maxie grauet a morbo. ꝛ vtrū pos sit fieri eūatio ꝫm cursum nālē: qn̄ aliqd ꝛ nō tota mā est di gesta. SICVT HYPO. In hac parte cōfirmat dictum au ctoritate hypo. cōcludens ꝙ hoc vult dicere hypo. s. ꝙ il lud fel nigrū exiens an̄ digōne est signū mortale ꝛ malū cū fiat ista eūatio ante signa digōnis. SI AVTEM. Facit qđ dictū est qđ di. ꝙ ista egestio ꝛ aliorū humoꝝ expulsio post signa digōnis est bonū signū significans nām corpus mun dificare a malis humorib⁹. SI VERO ECONTRA. Facit quod dictū est di. ꝙ siue colera nigra siue qcūq3 alius hūor exeat ante signa digōnis est malum signū: immo pessimuz: ꝓpter causam dictā. ꝛ per ꝯn̄s ēt pessimū si exeant in initio morbi cū in eo digestio facta esse non possit.

ℭ Aphorismus. XXIII.

Quibuscūq3 ex egritudinib⁹ acutis: aut multi tēporis: aut abortib⁹: aut aliter extenuatis: si fel nigrū exierit: aut q̄lis sanguis niger: sequenti die morietur.

Theo. ℭ Quicūq3 ex morbis acutis: aut diuturnis: aut vulnerib⁹: aut alio quouis mō extenuati: atram bilē sanguini atro similem emiserint: postridie moriuntur.

Leoni. ℭ Quibuscūq3 ex morbis acutis: aut diuturnis: vel ex vulnerib⁹: siue quouis alio modo extenua tis: nigrabilis: siue vti sanguis niger de subter exierit: postridie moriuntur.

ℭ Conclusio aphorismi est ista. Quicūq3 extenuati ex acuta egritudine aut cronica aut aborsu aut quomodolib3 aliter emittunt fel nigrū sursum aut deorsum aut egestionē nigrā q̄lis sanguis sequēti die moriunt. ꝓbat: q2 in talib⁹ est ma gna abūdantia pessimi hūoris cū multa debilitate v̄tutis. ergo ꝛc̄. Assumptū aūt quo ad p̄mā ptē pz ex dictis. ꝛ quo ad scđam pz: q2 sunt valde extenuati. ℭ Circa aphorismuz

Nōp nota ipsuz de oibus verificari valde debilitatis. ꝛ iō vt oēs modos cōprehēdat dixit. ex acutis egritudinib⁹ aut multi tēporis ꝛc̄. ℭ Nota 2° ꝙ ēt in aborsu cōtingit sepe v̄tutem

2° multuz debilitari plusq̄3 in partu nāli: vt. 21. tertij. tracta. 2° caº. de aborsu. ꝛ q2 dolores cōiter sunt maiores ꝛ q2 etiā di ruptio ligamentoꝝ est difficilior. Et ideo magis matrix de bilitat. ꝛ iō ēt sepe post contingit malos humores adustos pelli. vt igit h̄ notaret de aborsibus specialiter dixit hypo. ℭ Nota 3° ꝙ per extenuationē hic valde magnā manifeste

3° significamus v̄tutis debilitatē. ꝛ q2 ꝯclo maxime verificat vbi v̄tus est debilis: iō extenuationē noiauit hypo. ℭ 4° no

4° ta ꝙ hoc intelligit vbi isti hūores egrediant ante digōnem ꝛ perseuerāter. hoc. n. mō debēt limitari ad malum signifi candū. ℭ 5° nota ꝙ per sequēti die qdā intelligūt cretico in

5° quo pugna excitat. qdā imediate sequētē. qdā tēpus valde breue. ꝛ pz tūc causa aphi verificans: q2 virtus ita ꝓstrata ipressionē mali hūoris non pluri tēpore pōt tolerare ꝛ simi lē sniam habetis. 16. tertij. de fluxu ventris oium modorū. ꝛ. 17. cōtinentis etiam de egestione.

ℭ Cōmentū Sal. expositio.

Atendit. In hoc apho Sal. p̄ ponit in tentionē hypo. 2° dat cām. 3° ponit dr̄iaz iter egestionē sic̄ sanguis ꝛ sangui neā ꝛ fel nigrum. 2ª incipit ibi (Nā. n. deficit) 3ª ibi (Mōstrauit aūt) ℭ De p̄ma dicit. ꝙ pz ꝛ ꝑ sequentē diē itelligit creticā: vn̄ pz isti⁹ aphi significationez eē limitatiorē q̄3 in p̄cedēti: q2 limitat diē: ꝛ h̄ ꝑꝑ v̄tutis de bilitatē. Nā. n. deficit. dicit hic cāz dicti eē q2 nā deficit: ꝛ iō nō valet digerere: ꝛ separe: ꝛ purgare: ꝛ maxie istos hos hu mores q sūt valde maligni. Et iō nece ē ꝙ isti hūores p̄uale ant: ꝛ ꝙ mors nō diu moret an̄q̄3 veniat quēadmodū aliqn̄ in alijs morbis morit. MONSTRAVIT AVTEM. Dicit ꝙ egestio nigra sicut sanguis differt a sanguie: q2 ista expel litur coagulata aut colore: aut frigore: s3 sanguis nō est coa gulatus differt āt a colera nigra: ꝛ p̄cipue subtili: q2 colera nigra nō est coagulata: ꝛ est nigra lucida pungitiua: ꝛ ꝓie cta in terra bullit sicut acetū: s3 egestio nigra sicut sanguis nullū habet horū.

ℭ Aphorismus. XXIIII.

Dissinteria: si a felle nigro inceperit: mortale.

Theo. ℭ Difficultas intestinorū: si ab atra bile incepit: letalis est.

Leoni. ℭ Difficultas intestinorum: si ab atra bile ince perit: letalis est.

ℭ Cōclo aphi est ista. disinteria icipiēs a colera nigra ē mor tale: ꝓbat: q2 ipsa hz cācrū vlceratū in itestinis: ille aūt est mortalis. g̊ ꝛc̄. Assūptū declarabit statiz: ꝛ silis snia colligi tur. 16. tertij. caº de fluxu vētris oiuz modoꝝ. ℭ Circa apho A

rismū nota p̄ ꝙ disinteria absolute ꝓlato vocabulo iportat Nōp. fluxū cū excoriatiōe vel vlcere itestinoꝝ: vn̄ dr̄ a dis qđ est dimissio vel sepatio ꝛ enteriū qđ est itestinū: q2 itestini diui sio. vt ysidor⁹ 6° ethimologiaꝝ. S3 qn̄q3 dr̄ disinteria epati ca illa in q̄ est exit⁹ sanguis ꝑꝑ epatis defectuz. ēt si nulla sit itestinoꝝ excoriatio: vt sumit ex aliabate. 9° theorice dispō nis regalis. caº de signis passionū itestinoꝝ cū dixit. disinte ria epatica sanguis ē egestio pura cui nō admiscet egestio. Nomē g̊ disinterie hic positū iportat fluxū ꝑꝑ excoriationē B

vel vlcera itestinoꝝ factū. ℭ Nō 2° disinteriā qn̄q3 ꝯtingere 2°

a cā p̄mitiua vt farmaco excoriatiuo: vel cibo: qn̄q3 v̄o a cā itrinseca: vt hūore: ꝛ ꝓuenientis a cā itrinseca q̄dā ꝓpter ꝓ priū intestinoꝝ nocumētū: q̄dā v̄o p̄ncipalr ꝓpter nocumē tum alterius mēbri: puta epatis vel splenis: vel cerebri ꝛc̄. hic loqmur potissime de illa que est ꝑ ꝓprium nocumentū C

intestinorum. ℭ Nota 3° ꝙ mā vlcerū in intestinis qn̄q3 est 3°

colera: qn̄q3 melia qn̄q3 flegma salsum. Cum aūt est melia adusta vlcera illa sunt cancerosa: cū sint de cōsimili mā cuz cancro: ꝛ q2 in vlcere necessario est pus: iō sunt sicut cancri D

putrefacti. ℭ 4° nota ꝙ cancer ēt in mēbris exteriorib⁹ est 4°

difficillime cure vt hz videri. 3° q̄rti. q2 h̄ mā corrūpit mem bri appropriati cōplōnē. ꝛ mortificat: ꝛ iō in intestinis exi stēs cū mēbra sint satis nobilia ꝛ medicina ibi applicari nō possit. ꝛ si applicet permanere applicate nō val3 ꝓpter trā situ supfluitatū: iō multo minus est curabilis. ꝛ hac de cau sa ista vlcera sunt mortalia. ℭ Ex qb⁹ sequunt plura. p̄mū ꝙ disinteria a felle nigro. est deterior q̄3 disinteria a colera rubea. nā q̄3uis rubea sit calidior. tn̄ per eius penetrationē in mēbra nō ita corrūpitur illoꝝ nālis cōplexio sicut per pe netrationē colere nigre. ℭ 2° sequit hāc nigrā colerā q̄ p̄n cipaliter merito nocumēti intestinoꝝ facit fluxū diu mansis se in intestinis. nā nō subito vlcerat: nec subito illa putrefa cit. ℭ Seqtur 3° ꝙ disinteria spleneticis supueniēs non est de ista mā vel manerie. nā ipsa est ꝓpter transitū māe melā colice per intestina merito cuius excoriant. sed tn̄ hic flux⁹ non est principaliter ꝓpter nocumētū intestinoꝝ. ꝛ ideo dr̄ infra particula sexta. spleneticis disinteria superueniēs sol

usit egritudinē. ℭ Cōmenti Gal'. expositio.

Plurima disinteria Gal'. in cōmēto dat plurimos modos aduentus disinterie. 2° ponit sniaꝫ aphorismi. 3° v̄ificat p cām. ibi 2ª (Sed si fit) ibi 3ª (Qꝛ si cancer.) ℭ De pma dicit ꝙ plurima disinteria fit ab hūorib⁹ colericis transeūtib⁹ p intestina: naꝗ hūores dicta itestina suo acumie vlcerāt. sꝫ tñ ab egritudine multi euadūt. ℭ De scda dicit ꝙ si sint illa vlcera de colera nigra ipossibile est ꝙ succedat sanitas: qꝛ illa vlceratio nō differt a cancro vlcerato. ℭ De 3° dicit ꝙ si cancer in locis exteriorib⁹ non pōt curari nisi cū difficultate q̄to magis nascēs in iterioꝛib⁹. nā ibi nō pñt apponi medicie ⁊ ita dato ꝙ ibi possent apponi: tñ nō possunt figi: cū p illā viam necessario trāseāt superfluitates. ℭ Aphorismus. XXV.

Sanguis sursuꝫ qdē: q̄liscūꝗ: malū: deorsuꝫ vero si niger exierit: bonum.

ℭ Sanguis supra emissus: q̄licunꝗ est: malus est: infra aūt: bonus est.

Theo. ℭ Sanguis quidem supra qualiscūꝗ fuerit: malus: infra autem: bonus est.

Leoni.

ℭ In hoc apho. ponunt̄ due ꝯnes. ibi 2ª (Deorsuꝫ vō.) Pria est. sanguis q̄liscūꝗ egrediēs ab oꝛe est malū signū. pbat̄. qꝛ significat lesionē in supioꝛib⁹ aut ipm nō egredi per loca ꝯueniētia ⁊ expulsioni deputata. ꝙ ⁊c̄. assumptū statim patebit. ℭ Primo ꝙ nota hic ꝙ hic sanguis sumit̄ p massa sanguinea q̄tuoꝛ humoꝝ. ℭ Nō 2° ꝙ supius pōt sanguis exire aut p nares aut p os. hic maxie loqmur de egritudine egrediente p os. ⁊ iō in ꝯclone dixit p os: ⁊ nō sursum. nā de sanguine nariū fortassis aliud esset dicēdum. ℭ Nota 3° ꝙ per os sanguis egredi pōt multus ⁊ paucus grossus ⁊ subtilis calidus ⁊ fridus: ⁊ in sūma laudabilis in q̄litate aut inlaudabilis. exēpla satis patēt: de oib⁹ tñ est apho ⁊ p̄cipue cū est multus. ℭ Nō 4° ꝙ sanguis ab oꝛe egrediēs aut est cū sputo. ⁊ est tūc de partib⁹ oꝛis ⁊ lingue aut cū rascatione ⁊ tūc de gutture vel vua ⁊ epigloti aut cū tussi: ⁊ tūc egredit̄ de canna pulmonis pectore vel pulmone aut cū vomitu. ⁊ tūc egredit̄ de meri stomaco epate vel ptibus vicinis. ⁊ sumit̄ hec distictio a mesue in suo de approꝓatis. ca° de exitu sanguinis ab oꝛe ⁊ videte p vos ibi. ⁊. 20. tertij signa distincta. ℭ Nota qnto ꝙ sanguinē in multa quātitate non emittimus p os nisi aut pp aptionē vene in pectore vel pulmōe ⁊ tunc significat lesionē magnā: aut a stomaco vel epate. ⁊ hoc idē non est nisi multū stimulata v̄tute ad expellendum pp maliciā sanguinis vel hūoꝛis secū cōmixti. ⁊ ideo ēt malum significat. ⁊ sic pꝫ aphoꝛismi v̄ificatio. Qꝛ si obijceret̄ sanguis sputū in pleuresi est signū bonuꝫ ista sniam affir. pª pticula ex p⁹ a ptibus si sputū ꝯtinuo appeat sub rubrū dicitur ad hoc nō est signum bonū: imo malū vide. 20. tertij. ℭ Nō 6° talē sanguis exitū significare p̄sentē malā dispōnē ⁊ futurā bonā cuꝫ p modū crisis post signū digōnis appet. ⁊ iō absolute talis exitus sanguis appet bon⁹. ⁊ iō dicēduꝫ aut ꝯnē esse verā vt in pluribus: aut ꝙ dicat̄ malus alijs pa rib⁹ respectu exit⁹ p emoroydas de quo statiꝫ in alia ꝯne loquit̄. ⁊ hoc. qꝛ exitus ille est p loca min⁹ ꝯueniētia. aut tertio dici pōt ꝙ intelligit̄ ante digōnis signa. nā vt dixi in illo apho. egōnes nigre: sanguis p emoroydas egrediēs añ signa digōnis nō est ita malū signū sicut egrediētes res alias per alias vias. qꝛ nō est necessariū ad illā expulsionē multū esse conatū v̄tutis. ⁊ ideo nō est absolute malus.

ℭ Deorsuꝫ vero. Scda ꝯ est. ista sanguis egrediēs deorsuꝫ ⁊ niger est bonū signū. ꝑpterea: qꝛ significat potētiā virtutis ⁊ corpis mūdificationē. ꝙ ⁊c̄. ℭ Nota p̄ sanguinē deorsum posse egredi aut p vrinā aut p secessuꝫ aut p mēstrua aut per apertionē venaꝝ emoroidaliū: maxie aūt intelligimus de 4° mō. qꝛ sanguis egrediēs deorsuꝫ per apertionē venaꝝ emoroydaliū qñ egredit̄ niger est bonū signū: quia significat id qd dictū est. ℭ De menstruali etiā posset verificari. ℭ Nota scdo emoroydales venas esse qnꝗ q̄ ad ani terminant̄: ad quas nāliter v̄tus corpis regitiua trāsmittit sanguinē melicum ⁊ in corpore abundātē nō per modū sinthomatis: ēt si nō p̄cessit morb⁹. ⁊ ille sanguis aperto orificio alicuius illaꝝ venaꝝ egredit̄: ⁊ egressio est vtilis q̄a preseruat tale corp⁹ ab egritudinib⁹ melicis: vt dicem⁹ infra in illo apho. emoroydas sanari. ⁊ pꝫ ꝙ sitis sanguinis exitus p viā aliā ante signa digōnis est malus. qꝛ significaret tantā esse lesionē vt nā cogeret̄ sinthomatice opari. sed per hanc viā nō est ita. nec ēt per mēstrua. ℭ Ex quo pꝫ ꝙ hic exitus ⁊ si significat p̄ns peccatū talis hūoꝛis: tñ pp sanitatē quā significat dꝫ poti⁹ absolute dici bonus per viā signi ⁊ p viā cause. ℭ Nota 3° ꝙ qñꝗ per emoroydas egrediens est malus vbi superfluat. ⁊ fiat multus subito vt dicitur in cōmēto. ⁊ ideo intelligat̄. illa ꝯclō. vt in pluribus.

ℭ Cōmenti Gal'. expositio.

In alio aphorismo ⁊c̄. Gal'. in cōmento p cōtinuat apho. scdo docet qd itelligat p sursuꝫ ⁊ infert sniam p̄me ꝯclōnis. tertio docet qd intelligat per deorsuꝫ ⁊ infert sniam scde ꝯnis repetendo etiā primā. quarto mouet instantiā ⁊ soluit. ibi 2ª (Ubi cuꝫ.) ibi 3ª. (De posteriori.) ibi quarta. (Sed h pōt.) ℭ De pª pꝫ. ℭ De scda dicit ꝙ p sursuꝫ itelligit os ⁊ nō nares: qꝛ p nares sanguis qñꝗ egrediēs est bon⁹. sentētia igit̄ est ac si dicat. qualiscūꝗ sanguis vt spissus vel subtilis spumosus niger siue subrubeus purpureus vel aquosus p os egrediēs est malus. ℭ De 3ª parte dicit ꝙ sanguis egrediens p posterioꝛa si fuerit multus ⁊ quasi fluxus nō est laudabilis. ⁊ iō si laudabilis dꝫ esse p posterioꝛa egrediēs opꝫ ꝙ paulatim fit ⁊ paucus ⁊ ꝙ ad nigredinē vertatur cū moratur: si vero declinauerit ad intestina erit malus. ex quo intelligit̄ ꝙ loquit̄ de egrediēte per emoroydas. ℭ De quarta parte obijcit di. ꝙ qs posset dicere ꝯtra supradictū ꝙ egestiones nigre sunt male: ⁊ hic dicere ꝙ sanguis niger est bonus deoꝛsum egrediēs. ℭ Respondet ꝙ ibi dixit de illo qui per intestina transit. hic aūt loquit̄ de illo qui ex venarum oꝛificijs egredit̄. s. q̄ sunt in ano: de quo dixit in prima particula epidimiaꝝ: qd est manifeste curatiuū: qꝛ incidentes meliam optime curant̄ si sanguis effluat p emoroydas ⁊ etiā si spectes ad hūc moꝛbū. hic exitus p emoroydas nō pmittit cadere in moꝛbū. ⁊ iō hypo. intellexit ꝙ sanguis ab oꝛe egrediēs semp est malus. semper. n. significat aliquam egritudinē: sꝫ si egrediat̄ p emoroydas niger est bonus. ⁊ si natura illius corpis multaꝫ quātitatē talis sanguinis habuerit. ℭ Alia littera hꝫ ꝙ si nō opoꝛtet naturā assuefieri cū vtrūꝗ sit molestū si plus q̄ꝫ opꝫ vel si min⁹ exeat. ⁊ tunc est sententia clara ꝙ si in corpore talis in quo talis sanguis abundat ⁊ non egrediatur per emoroydas opꝫ ꝙ permittamus nāꝫ ad huius sanguinis emissionē assuefieri. ⁊ tñ ꝙ nō multū violēter: qꝛ in tali corpore vtrūꝗ est malū: s. nimium emitti ⁊ omnino retineri.

Theo.

Leoni.

ℭ Aphorismus. XXVI.

Nigre egōnes: si a disinteria habito: vt intestinoꝝ carnes egerant̄: moꝛtale.

ℭ Si ex difficultate intestinoꝛū laborantī: caruncule exeunt: letale est.

ℭ A difficultate intestinoꝛuꝫ habito: si velut caruncule exeant: letale est.

ℭ Cōclusio aphorismi est ista. Si patiens disinteriatus egerat quasi carnes intestinoꝝ est signū moꝛtale. pbatur. qꝛ significat vulnus magnū in intestinis vt amplius curari non […]

ymelig ¶ & imealti citig pereunt vt i apho
cano, z 8 sibe git pp magnaz intestinoz
dissolutionez qz intestinoz ... nō ...
dat vere vt 8 apho cano 18

A possit. ḡ morb⁹ necario est mortalis: ꝛ hūs snia sumit 6ᵃ ter
lō p. tij. ca° de fluxu ventris oium modoꝝ. ¶ Nota p̄ ꝙ illi q̄ di
cunt habiti a disinteria q̄ fortiter patiunt pp disinteriā. ꝛ ē
2° modus loq̄ndi cōis. ¶ Nota 2° in itestinis inueniri pingue
dinē q̄ dr̄ mucillago intestinoꝝ. ꝛ illa est in sup̄ficie itestino
rū interiori nō imaginādo vt qdā ꝙ ista sit pinguedo super
posita sup̄ficiei ex p̄te interiori sicut supponit in itestinis ex
p̄te exteriori. nā illa ipediret exitū fecū. sed est p̄mixta cū in
testinoꝝ subā inter vilū ꝛ vilū: ꝛ maxie in p̄te sup̄ficiei vici/
na. vñ anothomia ostēdit ꝙ iterior pars intestini est polita
nō habēs talē rē visibilē separatā sibi inherētē. scōa ps est pel
licula subtilis valde iterior. 3ᵃ est grossa pars q̄ caro vocat
3° itestini. ¶ Nō 3° ꝙ egeri carnes aut velut carnes a diuersis
diuersimode exponit. qdā. n. intelligūt ꝙ qñ egredit id qd
est de tali carnosa subā idē mortale siue in magis frustris si
ue in puis emittat. qdā aūt dicūt mentē hypo. ꝙ si emittat
per vlcera aliqd notabilis quātitatis sicut carnis frusta qd
est signū mortale. ꝛ ꝙ h̄ sit intētio hypo. ꝛ puto h̄ 2ᵐ esse ve
rū. nā intestina cōponunt ex duab⁹ tunicis vilos rotundos
habētib⁹. ꝛ illi sunt carnes itestinoꝝ. ꝛ iō qñ pellicule exe/
unt ēt aliqd de carne egredit. ꝛ tñ non est mortale: sed si fru
stū notabile egredit semp op3 ꝙ sit mortale signū. ꝛ ad hūc
4° sensum exponit thadeus: ꝛ si p̄spiciat. ¶ Nota 4° ꝙ vlcus
tā magnū q̄3 paruū significatū ex frusto egrediēte nō pōt in
intestinis curari: maxime qꝛ ibi medicine applicari nō pos/
sunt. ꝛ ēt si applicent nō diu morant. ꝛ ideo debilitant ꝛ ca
dit v̄tus ꝛ moriunt. vt dicit Aui. 16. tertij. loco allegato.

¶ Cōmenti Gal. expositio.

Disinteria est ex vlceratis
Gal. in cōmēto p̄ distinguit grad⁹ disinterie. 2°
v̄ificat apho.ᵐ ibi 2ᵃ. (Cū igit.) ¶ De p̄ dicit ꝙ
disinteria est flux⁹ ex vlcere itestinoꝝ. ꝛ iō cū ta
lia sunt vt sola pinguedo cū fluxu emittat: tunc sunt in p̄n°:
qñ v̄o pellicule emittunt sunt ista vulnera in augmento. qñ
emittunt frusta carnis sunt in statu. ¶ Et nō hic ꝙ nō inten
dit istā esse p̄priā distinctionē tēpoꝝ morbi distincti. s3 ē di
stinctio graduū in malicia. nā si esset distinctio v̄a tēpoꝝ cū
nullus morb⁹ veniat ad salutē nisi trāseat p̄ q̄tuor t̄pa nulla
disinteria sanaret. nā veniret ad emittēdū carnes itestinoꝝ:
ꝛ tūc esset status. ꝛ tūc nulla esset curabilis: qd est falsum.
¶ De 2ᵃ dicit ꝙ cū veneris ad h̄ vt frusta carnis emittātur
tūc vlcera talia nō p̄nt curari: p̄pterea ꝙ itestina sunt mem
bra debilia: ꝛ medicine nō p̄nt apponi: ꝛ si apponantur nō
p̄manēt sup̄ loco in quo ponunt. ꝛ sic p3 verificatio aphi.

¶ Aphorismus. XXVII.

Quibuscūq3 in febrib⁹ sanguinis fluit
multitudo vndecūq3: in resumptioni
bus vētres his humectant.
Theo. ¶ Quib⁹ p̄ febres sanguis alicūde lar
ge exierit: ijs in recreatiōe alui hūide reddunt.
Leoni. ¶ Quib⁹ in febrib⁹ sanguinis fluxerit multitudo:
q̄cūq3 ex p̄te cū reficiunt: alui his humectātur.
¶ Cōclo aphi est ista. q̄buscūq3 hoib⁹ febriētib⁹ effluit mul
titudo sanguinis a quocūq3 loco fluxerit illis in resumptio
ne vēter humectat. p̄bat. in talib⁹ corp̄ib⁹ hora resumptio
nis v̄tus digestiua epatis stōi ꝛ totius corp̄is est debilis ꝛ
v̄tus attractiua epatis debilitat. ḡ plurime in ventre rema
nēt sup̄fluitates hūide indigeste. Et p̄ ɔñs vēter humectat:
Assūptū declarabit statim. Cōcordia colligit 3° cañ. fen. 5.
Nō p̄ ca° de fluxu sanguis narium. ¶ Nō igit p̄ ꝙ hypo. spāliter
locutus est de illis a q̄b⁹ multus effluit sanguis q̄ sunt febri
entes. ꝛ rō est: qꝛ maxie solet multus sanguis flux⁹ accide/
re. p̄pterea ꝙ est crisis multaꝝ febriū. ꝛ p̄pterea ꝙ sanguis
multus ebuliēs in eis calefactus magis ascēdit ad caput.

tñ ēt in nō febrientib⁹ verificat. ¶ Nota 2° sanguinē effluē/ 2°
te3 dici aut absolute. qꝛ est magna sanguis fluxibilitas aut
cōparatiōe ad sanguinē in corp̄e a quo egreditur remanen/
tē: ꝛ vtroq3 mō verificat. ¶ Tertio nō ꝙ siue sursu3 siue de 3°
orsu3 exeat sanguis ex quocunq3 loco qñ est multus valde
vl'r oium mēbroꝝ corp̄is seq̄tur debilitas. Et iō hypo. vni/
uersal'r dixit vndecūq3. ¶ Nota 4° ꝙ li in resumptionibus 4°
dupl'r solet exponi. vno mō ꝙ corpore vtēte cibo multo b̄m
p̄portionē ad dissolōnē apto ad resumēdū. nā qñ nō mlto
cibo apto ad resumēdū vteret: nō op3 vētre3 humectari. 2°
mō in resumptionib⁹. i. cōualescētibus. nā isti cū ad cōuale
scentiā veniūt vtunt resumptiuo regimine. ꝛ iō tūc ventres
humectant. puto primū modū meliorē. ¶ Ex quo p3 nos
per istū aphorismū doceri ne post h⁹ fluxū subito multum
cibū demus: sed cibū paucū multi nutrimēti ꝛ facilis dige/
stionis. ¶ Nota 5° ꝙ multo euacuato sanguine multus ēt 5°
spūs euacuat: ꝛ plurimū remittit nālis calor ꝛ virtus dige
stiua stomaci ꝛ epatis debilitatur: ꝛ similiter attractiua. Et
ideo si multus cibus sumatur non digeritur. immo etiā nec
sua humiditas ad epar attrahit. ꝛ illud qd ad epar attrahi
tur nō cōuertit in bonū sanguinē. immo in humiditates fle
gmaticas ꝛ aquosas que aut retinent: ꝛ sic transmisse scōm
partem iuxta ventrē faciunt ipsu3 humidū: aut expellūtur
ad intestina ita vt emittant. Et dicit etiā ventrem humecta
ri. nā duobus modis pōt intelligi ventrem humectari vno
modo: qꝛ fiat fluidus quo ad ea que emittunt. Alio modo
qꝛ fiat humidus per presentia3 māei humide. ꝛ vtroq3 mō
pōt verificari. ¶ Cōmenti Gal. expositio.

Calor naturalis cū ex ¶ Istd cōmen/
tum verificat aphorismum per causam. ꝛc.

¶ Aphorismus. XXVIII.

Quibuscūq3 fellee egestiones sunt: sur
ditate superueniēte quiescūt: ꝛ quibus
cūq3 surditas: felleis egestionibus su
peruenientib⁹ quiescunt.
¶ Quibus deiectiones biliose exeunt: surditate Theo.
superueniēte finiunt: ꝛ q̄bus surditas p̄cesserit:
desinit si deiectiones sequuntur biliose.
¶ Quibus biliose deiectiones: superueniēte sur Leoni.
ditate: cessant: ꝛ quibus surditas: superuenien/
tibus biliosis deiectionibus: cessat.
¶ Aphorismus iste duas continet ɔclōnes. ibi 2ᵃ (Ex q̄bus
cūq3.) Prima ɔclo est ista. q̄buscunq3 corporib⁹ adsunt ege
stiones colerice sup̄ueniēte surditate ille egestiones q̄escūt.
p̄batur sic. ille materie colerice q̄ sunt cause illaru3 egestio
nū sup̄ueniente surditate diuertunt ab intestinis ꝛ mouent
ad loca sup̄iora. igitur tunc debent q̄escere ille egestiones.
ɔña nota. ꝛ assumptū statim declarabitur.
¶ Et quibuscūq3. Scōa ɔclusio aphorismi est ista. qui/
buscūq3 corporib⁹ inest surditas superuenientib⁹ eis felleis
egestionibus surditas illa quiescit. probat simili medio: qꝛ
felleis egestionib⁹ superuenientib⁹: mā diuertit a locis su/
periorib⁹ ad inferiora. ¶ Circa aphorismu3 nota. p̄mo per
felleas egestiones intelligēdas esse de colera nigra exitus.
¶ Nota scōo esse surditatē duplicē. quedā eni est mansiua B
ex causa organo auditus appropriata quedā aūt est ex mā
ad illa loca decurrente que tñ per talis materiei remotionē
remouet: ꝛ que mā nō plurimū est fixa. ꝛ de hac scōa intel
ligit in apho. vt dicit Gal. ¶ Nota tertio ꝙ licet surditas C
posset fieri ex flegmate melia ꝛ colera. tñ illa non mansiua
plurimū accidit ex colera. p̄mo: qꝛ colera est humor leuis.
scōo qꝛ aures nāliter recipiunt superfluitates colere rubee
capitis. tertio qꝛ colera est hūor mobilior. Et iō hypo. poti

us dixit de felleis egónib⁹ q̃z de alijs. ℂ Nota 4° q̄ cũ mã peccat colerica ita vt fiat fluxus vētris colericus mã tunc currit inferi⁹. s3 qñq3 nã mouet eã supius v̄sus caput: ⁊ tūc gescit ⁊ cessat eius motus v̄sus inferi⁹: q2 qñ ad caput mouet fit cóiter surditas: q2 de hac mã multũ instrumētis auditus cóicatur pp cãm dictã. Ideo surditas supueniēs significat hūc humoꝝ ascēsum tãq3 cãm ⁊ q2 p hunc ascēsu3 ꝓhibet fluxus. igit surditas supueniēs significat curamētũ fluxus. ℂ Nō 5° q̄ ille casus maxie ɔuenit in febriētib⁹ in qb⁹ maxie cóuenit nãm peccãtē mã; mouere pp nocumēti magnitudinē. Et ió in febrientib⁹ glosauit Gal'. esse itelligēdũ. ℂ Nota 6° q̄ simil'r in febre multa mã cóicata capiti colica fit surditas ⁊ cũ nã hãc mã3 ad itestina mouet remouet surditas: q2 cã euacuat ⁊ remouet a loco. ⁊ sic p3 cã scðam cóclusionē verificans. ℂ Ultimo nota etiã fluxu3 huiusmodi nó solũ superueniente surditate remoueri nec solũ per fluxũ hãc surditatē cessare. s3 multis alijs modis vt docet experientia. sed tñ hypo. hũc specialē modũ docere voluit. Ex qbus vtilitates in ꝓnosticãdo ⁊ h̄ apho. colligere potestis. ⁊ concordia sumit. q̃rta terti⁹. cap° de nocumentis auditus. ℂ Hic sunt alique difficultates: ꝑma: qa modica mã sufficit facere surditatē: ⁊ tñ fluxũ facit multa. igit l3 surditas accidit nó debet solui fluxus vētris. ℂ R̄ndetur: q2 illa pauca mã ad instrumēta auditus vadēs significat mã3 diuersam esse ad loca sursu3. ℂ Scðo dubitat qũo materia causans surditatē vadit ad intestina. ℂ Dicit q̄ descendit per venas que sunt in collo ⁊ transit per magnã venã ⁊ venit ad epar ⁊ ibi per meseraycas expellitur ad intestina.

ℂ Cómenti Gal'. expositio.

In hoc aphorismo ⁊c. Commētũ in duas diuidit ptes. In p' subintellecta vna distinctiõe docet de quo mēbro intēdit hypo. In scða v̄ificat apho. p cãm. ibi 2ª. (Colera. n.) Et ambe ptes ex dictis patēt.

ℂ Aphorismus. XXIX.

Quibuscũq3 in febrib⁹ sextanis existentib⁹ rigores fiunt: discriti sunt.

ℂ Quibuscũq3 febricitãtib⁹ die sexto rigores accidũt: ijs difficulter iudicat.

ℂ Quib⁹ in febribus sexto die rigores fiunt: difficile iudicium sequitur.

ℂ Cóclusio apho. est ista. qbuscunq3 corporib⁹ fiunt rigores dũ febres sunt sextane illi sunt discreti. ꝓbatur. isti rigores significãt crisim mortalē aut iperfectam: ergo ⁊c. ɔña satis est nota ⁊ assumptũ statim patebit. ℂ Circa apho. nota q̄ febres pñt dupliciter dici sextane. vno modo: q2 de sexto in sextũ inuadũt ⁊ hoc mó loquitur Aui. ꝑma q̃rti de fe. sextana. 2° mó dicũtur sextane febres: q2 in sexto die a suo initio. hoc mó d̄r hic: ⁊ ēst sensus q̄ in qbusdã febrib⁹ fiũt rigores die sexta: ille sunt discrete. ℂ Nota 2° q̄ rigoꝝ qda3 est añs febrē in p̄ncipio. s. paroxismi cui⁹ cause dicunt ꝑma q̃rti. c. de rigore. Et ego dixi. s̄. ⁊ illũ ēt si fit in die 6° nó op3 esse discretũ. qdã. n. est in fine febris fact⁹ de quo ifra illo apho. a causone hito. scðs est incidēs in fe. q2 accñs post fe. initium iterpolatiõis aut poxismi ⁊ añ finē de quo infra illo apho. si rigor incidat fe. ⁊ de illo h̄ loqtur. ℂ Nō tertio q̄ cũ accidit rigor nõ in initio poxismi nec pp cãm itrinsecã: tũc significat q̄ mã peccans a venis pellit ex̄ sensibilia mēbra motu cretico quo nã intendit hãc mã3 expellere per via3 crisis vt colligit ꝑma q̃rti. ca° de rigore. Et ió ille rigor factus die sexta ⁊ nó in p̄n° poxismi significat crisim diei sexte. ℂ Nota q̃rto q̄ crisis diei sexte est crisis mala vt plurimũ nó accidēs cu3 debito dñio v̄tutis supra mãm vt notat 2° ⁊ q̃rto ⁊ ꝑmo de creticis a Gal'. Et ió significat aut mortē in tali crisi aut recidiuã. Cũ ergo rigor accñs fe. existēte sextana signi/ficet crisim: sexte diei: ⁊ illa sit mala: vt d̄r: ergo seq̄t q̄ ille rigor sig̃t egritudinis malã crisim: ⁊ hec fuit intētio hypo. ℂ Nō tñ 5° q̄ talis rigor appet p̄cedētib⁹ signis digónis ⁊ tũc qñq3 est bonũ signũ: plimũ tñ qñ signa digónis p̄cedit nó fit crisis in sexta. imo non expectat septimũ in quo fit crisis bona pp adiutoriu3 supcelestis aspect⁹. imo plerũq3 qñ rigor fit in sexta nó p̄cedũt signa digónis. modo crisis apparēs nó p̄cedētib⁹ signis digónis nó est bona. ⁊ ió talis rigor plurimũ significat crisim nõ bonã. ℂ Ex qb⁹ ꝑmo p3 veritas apho. p3 scðo quare ampliari possit ad omnē die3 non vere creticũ in qua talis rigor appareat non precedentib⁹ signis digestionis. In omnib⁹ enim illis vt octaua. xij. xvij. xviij. apparens est signum male crisis.

ℂ Cómenti Gal'. expositio.

